


Avanzi

ANIMADVERSIONES P. JOSEPHI FALCK SOCIETATIS JESU Circa Dubium quod *Inter* ACATHOLICOS Oritur ratione Paschatis anni 1724.





MONACHII,

Apud Mariam Magdalenam Riedlin Viduam, M.DCC. XXIII.

Cum Facultate Superiorum.



§. I.

Scribendi Occasio.

1.  Uæstio inter Acatholicos agitatur in Imperio, & Ratisbonæ discutitur, utrumPascha anni 1724. celebrandum sit 9. Aprilis, prout illi eruunt ex suo calculo astronomico; an verò celebrandum sit 16. ejusdem mensis,uti cyclus Gregorianus indicat? Atque ex folijs publicis plerosque in priorem sententiam propendere video, religioso, quod mirere, zelo ducti, ut Canones Nicæni sanctè observentur, & sacro timore perculsi, ne incurrant censuras, quas intentant Catholicis, si aliter celebrent. Ah utinam illi alios etiam ejusdem aliorúmque ConciliorumCanones, & religiosè observarent, & la-

tas in eos, qui non obſervant, cenſuras vererentur! tum enim vero fieret, ut ſicuti unà vivimus in Imperio velut ejusdem corporis Politici membra, ita omnes eſſemus in Chriſto Fratres, & unius ſanctæ Matris Eccleſiæ Filij. Non illos à felici hac unione abſterreat, quòd in celebrando Paſchate canones Concilij Nicæni violemus; tantum enim abeſt, ut hoc faciamus, ut potius illorum obſervantiam velimus quàm exactiſſimam. Difficultates, quas illi movent, abundè jam enodatæ ſunt à Calendarij Gregoriani Patronis; ſed cùm easdem ſemper repetant ipſi, mihi quoque liceat ſolutiones repetere, ut ij, qui libros non habent, aut non legunt, objectis difficultatibus non moveantur, ſed potius in unione & pace indeſinenter perſeverent.

2. Igitur in dictis folijs lego, D. Joan. Leonardum Roſten Mathematicum Norimbergenſem fuiſſe quaſi primum, qui detexerit, pleni lunium verum poſt æquinoctium vernum

anni 1724. incidere in diem April. 8. hor. 4. 34. min. 25. sec. post merid. indéque deduxisse, quòd Pascha celebrari debeat die sequenti, cùm ea revera sit dies Dominica: habuit ille tum inventi tum sequelæ laudatores & approbatores bene multos. Quod inventum plenilunium attinet, id planè non erat difficile: cùm enim Clavius jam ante 100. annos in sua tabula festorum mobilium plenilunium medium statuerit ipse illo die 8. April. anni 1724. hor. post mer. 1. pronum erat colligere aut saltem suspicari, in eandem quoque diem incidere plenilunium verum; neque hoc Clavium fugit, neque alios movit, ut propterea cyclorum ordinem perturbarent.

3. Alterum, quod supponit D. Rosten, etsi non faciat ad decisionem præsentis quæstionis, omnino tamen præterire non possum. Supponit nempe plenilunium verum esse terminum Paschalem, post quem proximo

die Dominico celebrari debeat Paſcha; id quod jam olim à Clavio, Guldino, Petavio & alijs conſtanter negatum eſt, & meritò, cùm ex Sacris & Eccleſiaſticis literis apertè colligamus terminum Paſchalem eſſe Lunam XIV. in quam Luminarium oppoſitio admodum rarò, & rariùs quàm in XVI. incidit, uti habet Albertus Pighius & alij, imò ut habet Stefflerus, nullæ orbis nationes Latina, Græca, Hebræa, barbara aſſerunt Lunam 14. ſignificare plenilunium,& Scaligero teſte omnes ſciunt, quintam decimam Judæorum eſſe plenilunium; atque etiam per ſe patet ex menſe Lunari, qui eſt dierum $29\frac{1}{2}$, ordinariam pleniluniorum ſedem eſſe Lunam XV. in qua ſæpius Paſcha celebravit Eccleſia, & etiamnum celebrat,quotiescunque hoc feſtum peragit 22. Martij,cùm tunc nulla alia Luna Paſchalis præcedere poſſit quàm XIV. quæ in æquinoctium cadit. Igitur plenilunium non eſt propriè Terminus Paſchalis, ut pluribus oſtendunt

Aucto-

Auctores citati, & ego pauca delibando testimonia sic confirmo.

§. II.

Quænam Luna sit Paschalis.

4. IMprimis Levit. 23. legitur: *Mense primo decima quarta die mensis ad vesperum Phase Domini est.* Item Numer. 9. *Faciant filij Israel Phase in tempore suo, quarta decima die mensis hujus ad vesperam juxta omnes ceremonias & justificationes ejus.* Plura invenies Exodi 12. &c. Mensis Hebræorum autem Lunaris est, incipiens à Novilunio, unde Luna 14. idem est ac dies 14. mensis. Etsi porrò Ecclesia noluerit Pascha celebrari cum Judæis & Quartadecimanis Lunâ 14. sed transtulerit hoc festum in Dominicam sequentem ob plures rationes à Patribus indicatas, voluit tamen constanter Lunam 14. esse terminum paschalem, ut patet primò ex Conc. Nicæno Sanctione 21. apud Harduinum in colle-

ctione Conciliorum, ubi ſic legitur: *Concorditer Paſcha celebrent unâ eademque die, quâ Dominus reſurrexit à mortuis, quæ quartam decimam Lunam primi menſis ſubſequitur* Imò hanc fuiſſe jam ante Conc. Nic. Eccleſiæ mentem, patet ex iis, quæ inter Aceſium Novatianum Epiſcopum & Conſtantinum Imperatorem geſta ſunt; cùm enim ſub finem Conc. Nicæni Aceſium interrogaſſet Imperator, utrum ipſe & eidem fidei & decreto quoque de Paſchatis obſervatione aſſentiretur, reſpondit: *nihil novi, ô Imperator, Concilium decrevit, ſtatuitque; nam antiquitus à primis Eccleſiæ jactis fundamentis & ab Apoſtolorum temporibus eandem fidei deciſionem derivatam fuiſſe & idem tempus feſti Paſchatis celebrandi obſervatum accepi.* Ita Socrates lib.1. hiſt. cap. 10. apud Natal. Alexandrum. Conſonant Magdeburgenſes, qui Cent. 4. cap. 9. iſtud hiſtoriæ fragmentum iisdem ferè verbis ex Socrate & Theo-

doreto

doreto referunt. Unde S. Leo M. in epist. ad Proterium Alexand. Patriarcham, quam ex Ven. Beda, de ratione temp. cap. 42. citat Nat. Alexander differt. 5. sæc. 2. postquam rationem petijt circuli decemnovennalis à Theophilo Alex. conscripti, asserit Ecclesiam Romanam accepisse à S. Petro disciplinam celebrationis Paschatis Dominicâ proximè sequente Lunam 14. eandemque disciplinam traditam fuisse Alexandrinæ Ecclesiæ à S. Marco. Et S. Athanasius in epist. de Synodis Arimini & Seleuciæ, solos Syros, Cilices, & Mesopotamos inter eos recenset, *qui in causa festi claudicabant, atque unà cum Judæis Pascha celebrabant*. Hinc Ceolfridus Abbas in Anglia epist. ad Naitanum Pictorum Regem ex mente Ecclesiæ sic loquitur: *Primo mense, adveniente in eo vespera diei 14. expectetur etiam dies Dominica à 15. usque ad 21. diem ejusdem mensis; in quacunque enim harum inventa fuerit, meritò in ea Pascha celebrabitur.*

5. Ex quibus alijsque teſtimonijs pluribus clarè patet Eccleſiam ante & poſt tempora Conc. Nicæni ſemper habuiſſe Lunam 14. pro termino paſchali, & à Luna 15. uſque ad 21. incluſivè, hoc eſt in tertia hebdomoda Paſcha celebraſſe, quod rurſus confirmatur clariſſimo teſtimonio B. Iſidori Hiſpalenſis, qui floruit circa annum Domini 630. ſic enim ait lib. 1. de Eccleſiaſt. off. cap. 31. *In tertia hebdomada Lunæ Paſcha celebratur, id eſt, qui dies occurrerit Dominicus à quinto-decimo in vigeſimum primum.* Quod ante ipſum jam docuerat S. Auguſt. epiſt. 119. ad Januarium de ritibus Eccleſiæ, ubi ait: *Tertia hebdomada Lunæ Paſcha celebratur.* Et S. Gaudentius Serm. 1. *Et ideo nec intra decimam-quartam, nec ultra viceſimam primam celebrare poſſumus.* Unde Paulus Midelburgenſis ex communi Computiſtarum conſenſu lib 12. ita concludit: *Nos ergo in ſupputatione Lunæ Paſchalis diem oppoſitionis Luminarium vocabimus*

mus Lunam 15. quæ si in die Dominico inciderit, eodem Pascha celebrandum annotabimus, juxta canonem à S.S. Patribus in Nicæna Synodo institutum, quo Pascha celebrari præcipitur die Dominico à 14. Luna usque ad 21. hoc est die Dominico primo post 14. Lunam.

6. Neque obstat, quod Scriptores aliqui, dum de termino Paschali loquuntur, Plenilunij paschalis duntaxat, non Lunæ 14. mentionem faciant (quanquam ex istis plures simpliciter Lunam paschalem dicant) non inquam hoc obstat; ideo enim Plenilunium dixere, aut quia Luna 14. plenilunio proxima est, & dicendo plenilunium faciliùs intelliguntur ab omnibus; aut quia plenilunium incidebat in ipsam Lunam 14, uti temporibus Bedæ contigit; & hoc ex vitio cycli Lunaris, in quo subsequentibus à Conc. Nicæno sæculis numeri aurei seriùs novilunia indicabant, ac in cælo celebrarentur: inde factum est, ut oppositiones cælestes progrederentur

rentur verſùs menſis politici principium, ita quidem ut hic progreſſus ultimis ante Calendarij reformationem annis ad aliquot dies excreſceret. Quare etſi temporibus Bedæ termini paſchales eſſent plenilunia, id tamen non fiebat vi regulæ Nicænæ, ſed vi uſus illius regulæ, quia nempe oppoſitiones incidebant in Lunam 14. Deinde, dum plenilunium paſchale dicimus, non propterea terminum paſchalem intelligimus ſemper, ſed quandoque Lunam plenam tempore paſchali.

7. Scio longè ante tempora Bedæ factam eſſe pleniluniorum mentionem ab Alexandrinis Theophilo, Cyrillo &c. dum Lunam 14. explicarent; ſed cenſendi non ſunt in rigore locuti, cùm ipſimet Alexandrini, quibus à Conc. Nic. commiſſa fuerat Calendarij cura, hanc pleniluniorum regulam non fuerint ſecuti, ut multis oſtendit Petavius, ex quibus unum ſumo exemplum, ſcilicet Paſcha, quod contigit,

primo

primo poſt Conc. Nic. anno, Chriſti ſcilicet 326. Terminus Paſchalis ſeu Luna 14. Nicæna tunc cadebat in 2. April. Plenilunium in 4. & nihilominus Paſcha celebratum eſt die 3. antè plenilunium aſtronomicum, quia nempe vi regulæ Nicenæ hæc erat dies Dominica proximè ſequens Lunam 14. per cyclum notatam. Hoc ipſum, ſcilicet hujusmodi Scriptores antiquos non eſſe in rigore intelligendos, confirmo ex ipſis, quæ contra nos afferri ſolent teſtimonijs, è quibus luculentum extat Anatolij fragmentum apud Euſeb. lib. 7. c. 26. ubi ex Ariſtobuli unius è 70. Senioribus ſententia decima quarta Luna Paſchalis ſic explicatur: *Cùm enim duo ſint ſegmenta æquinoctialia, unum vernale, alterum autumnale, è diametro ſibi invicem oppoſita, & migrationis feſtum 14 die menſis poſt veſperam ſtatutum ſit: Luna tum ex adverſo ſolis in eadem diametro conſiſtet; atque ita Sol in æquinoctiali verni temporis ſegmento verſabitur, Luna*

verò

verò necessariò in altero, videlicet autumnali. Planè si Auctores isti pressè essent intelligendi, non tantum Pascha celebrandum fuisset in plenilunio, sed etiam in ipso æquinoctio, quod est plerumque impossibile, cùm vix unquam contingat simul esse plenilunium verum & æquinoctium. Et utique aliter Lunam 14. observarunt Alexandrini, & tota semper Ecclesia, cùm Pascha sæpius celebratum sit integro post æquinoctium mense, & etiamnum quandoque celebretur, quin in hoc ab ipsis adversarijs arguamur erroris. Igitur censendum est ejusmodi locutiones è Rhetorica potius, quàm ex severiore Mathesi depromptas esse.

8. Atque ex his abundè probatum ac confirmatum existimo, terminum paschalem esse Lunam 14. primi mensis: & hoc fateri videtur D. Doppelmayr dum dicit: Indeme GOtt denen Juden im alten Testament befohlen / daß sie ihre Ostern jederzeit am 14. Tag

deß

deß Monaths Abib oder Nisan, zum Andencken / daß sie umb eben dise Zeit auß Egypten geführet worden / feyerlich begehen solten; besagter Tag aber / weil die Juden ihre Monathe beständig von den Neu-Monden anfiengen / auff einen Vollmond abzielete. Igitur Luna 14. non est propriè Plenilunium, sed proximè tendit ad Plenilunium, quod ipsi libenter concedimus, quamvis non pari liberalitate ea concedamus, quæ postmodum ex se aut ex alijs fingit ipse. Etsi autem ex præjactis fundamentis necdum decidi possit quæstio de Paschate anni 1724. hæc tamen per bene notata velim omnia. Jam quæritur utrum Luna Paschalis investiganda sit strictè per calculum astronomicum, an minus severè, scilicet per cyclos & per quales? Priusquam quæstio decidatur ex mente Concilij Nicæni, antiquorum Patrum & Ecclesiæ, quædam priùs supponenda sunt atque probanda.

§. III.

§. III.

Quis effet menfis primus Judæorum.

9. SUppono igitur primò Pafcha celebrandum effe menfe primo, quo fcilicet olim præcepto Divino tenebantur Judæi, quod jam fatis probatum eft num.4.Supp.2. menfem primum in anno Lunari Judaico illum fuiffe, cujus decimaquarta vel in diem æquinoctij verni caderet, vel eum proximè fequeretur. Id teftatur Jofephus Judæus lib.3.antiquit. Jud. c.13. his verbis: *Menfe verò Xanthico, qui apud nos Nifan appellatur & eft anni principium, quartadecima Luna, fole oppofito in ariete, quo menfe liberati fumus, facrificium, quod tunc egredientes ex Ægypto fecerunt, immolare nos annis fingulis, (quod Pafcha dicitur) celebrareque præcepit, & utique celebramus.* Quòd fi Luna 14. non caderet in æquinoctium, ad illam 14. attendebatur, quæ

quæ æquinoctium proximè sequebatur: ita enim apud Euseb. lib. 7. hist. cap. 29. testatur Anatolius Laodiceæ urbis Syriæ Episcopus circa annum Domini 280 Is enim docet, Philonem, Josephum, aliósque Judæos antiquiores Agathobulum, Aristobulum &c. ita sensisse: deinde cùm explicaret, quid Seniores Ptolomæo Regi de traditionibus Moysis percunctanti responderint, scribit: *Ipsi ergo tùm quæstiones Exodi exponerent, dixerunt, Pascha non prius esse immolandum, quàm æquinoctium vernale transiret.* Hoc idem, nempe Pascha non esse celebrandum ante æquinoctium vernum, docent ex Socrate & Theodoreto Magdeburgenses cent. 4. cap. 6. atque ista convenienter ad illud Deuteron. 16. *Observa mensem novarum frugum, & verni primum temporis, ut facias Phase Domino DEO tuo.* Etsi porrò Ecclesia in lege Gratiæ non teneatur legalibus cerimonijs, voluit tamen Pascha Christianum, cujus fi-

gura fuit Paſcha Hebræorum, non eſſe fixum, ſed mobile, obſervando ſcilicet Lunam 14. primi menſis, uti patet ex dictis à num. 4. hoc tamen addito, quòd Paſcha celebrari debeat die Dominico ſequente Lunam 14. primi menſis. Quæ omnia iterum confirmantur à Magdeburgenſ. loco cit. his Epiphanij verbis: *Quapropter obſervamus quidem decimam quartam, transgredimur autem æquinoctium, & ferimus in ſanctam Dominicam finem complementi.*

§. IV.

Quis annus Aſtronomicus, quis Politicus, quid cyclus?

10. Iam quæritur, qua ratione prædicta omnia, quæ ad Paſcha determinandum prænoſci debent, inveſtiganda ſint ex mente Conc. Nicæni & S. S. Patrum? an per calculum aſtronom. an per cyclos, qui tamen quantum fieri poteſt ad motus cæleſtes


ſtes reducantur ? Nam ratio temporum aſtronomica ad ultimum rigorem exacta eſt, atque ad ipſas minutiarum minutias attendit ſemper: Politica verò ſeu civilis ad vulgi captum magìs accomodata eſt, & procedit per revolutiones & numeros, quantum fieri poteſt, integros: unde anni & menſes, ſolares & lunares definiuntur politicè per dies integros, ita tamen, ut quia hoc modo anni & menſes politici quandoque per exceſſum aut defectum ab aſtronomicis diſcrepant, hic exceſſus aut defectus addendo vel demendo diem opportuno tempore compenſetur, prout minutiæ aſtronomicæ hinc inde neglectæ exigunt; atque ita tempus politicum iterum cum aſtronomico conſentiat. Hinc inventi ſunt cycli, qui hunc annorum & menſium ordinem, atque in ijs dierum numerum indicarent, donec poſt aliquot annorum revolutiones iterum aſtronomicè reſtituerentur omnia, & cycli eodem iterum tenore

fluerent; hinc dicitur, quòd cyclus ſit certus annorum numerus in orbem rediens, quo tanquam fido cuſtode intacta ſervatur fides temporum.

11. Jam ut redeamus ad ea quæ ad paſcha præſupponuntur & clarè procedamus, notandum ſtatim eſt, quædam ex prædictis dependere à motu ſolis, uti eſt æquinoctium, annus ipſe ſolaris, quo utimur, & feriæ in eo diſpoſitæ: alia dependere à motu lunæ, vel utriusque Luminaris ſimul, uti ſunt Neomeniæ, Lunæ decimæ quartæ &c. Imprimis igitur, quòd annum ſolarem & ferias in eo diſpoſitas attinet, clarum eſt, talem ſemper annum fuiſſe in uſu, qui conſtaret diebus integris, qui inciperet & deſineret per dies integros; cùm enim annus ſolaris in rigore aſtronomico, conſtet diebus 365. horis 5. 49. minutis primis & fortè aliquot ſecundis & tertijs, imò in ſummo rigore anni aſtronomici inæquales ſint; nimis operoſum fuiſſet hujusmodi minutijs annum

poli-

politicum definire, eóque uti: deberemus enim annum inchoare eo temporis momento, quo Sol circulum suum emensus ad idem cæli punctum redit, quacunque diei hora, & horæ minuto id accidat; imò aliqui inchoarent annum tempore diurno, alij nocturno, matutino aliqui, vespertino alij, quod in societate humana & negotijs civilibus, ut nemo non videt, summam pareret confusionem: Unde satius semper existimarunt omnes, hujusmodi minutias suo tempore per dies intercalares compensare, quàm quotannis ad illas in tempore politico attendere. Hinc cyclus solaris & ei respondens Litterarum Dominicalium ordo semper fuit in usu, ut nempe numerus dierum per annum, & per anni menses initium cujusque hebdomodæ, seu dies Solis in Calendarijs exhiberetur. Neque scio, quòd hac in parte difficultatem nobis moveant Protestantes; etsi enim per correctionem Gregorianam facta fuerit aliqua cycli



Solaris æquatio & mutatus Litterarum Dominicalium ordo, aliquis tamen cyclus Solaris à temporibus & ante tempora Concilij Nicæni, uſque ad noſtra fuit ſemper in Eccleſia receptus.

§. V.

Quomodo Æquinoctium Paſchale ex mente Concilij Nicæni determinandum ſit.

12. NUnc videamus ulterius, utrum æquinoctium vernum ex mente Conc.Nicæni & S.S.Patrum in rigore aſtronomico inquirendum ſit, utrum verò, in ordine ad Paſcha, affigendum ſit diei 21. Martij, uti facimus: hìc enim palàm arguimur erroris non unius tantùm, ſed ex uno plurium, propter malè poſitum terminum æquinoctialem ihren falſch geſetzten Æquinoctial-Termin) ut habet folium, cui Titulus: Gründliche Entſcheidung der Frage: ob und was

vor

vor ein Unterscheid zwischen dem verbesserten und Gregorianischen Calender sey? Ratio additur, quia contingit sæpius ut æquinoctium verum uno aut altero die ante vel post 21. diem Martij accidat; unde tunc erramus in termino æquinoctiali, consequenter in Luna Paschali, & ipso Paschate. At verò probè scimus sedem æquinoctij in rigore non posse propter discrepantiam annorum politicorum ab astronomicis, & eorundem inæqualitatem inter se propter bissextiles, diei certæ affigi, neque hoc ignoravit Concilium; quæritur tamen, utrum his non obstantibus Concilium Nicænum affixerit terminum æquinoctialem diei 21. quæ est inter extremas quasi media, vel non affixerit: accusamur enim in hac materia, ac si contra mentem Concilij ageremus: ad quod respondeo mentem Concilij omnino fuisse, ut æquinoctium in ordine ad Lunam Paschalem uni hæreret diei 21. Martij, atque adeo in hunc finem,

non voluiſſe calculum aſtronomicum; hoc primò probandum: deinde addam etiam rationes, quòd congruè hoc fecerit.

13. Quandoquidem, quæ in Conc. Nicæno decreta ſunt, collecta non amplius extant omnia, è varijs fragmentis probationes noſtræ deſumendæ ſunt. Primò igitur Piſani in Canonem ſextum Conc. Nicæni refert ex S. Iſidoro, quòd S. memoriæ Theophilus Alexandrinus ſuis in epiſtolis meminerit, in Conc. Nicæno ſtatutum eſſe, ut ab octavo Idus Martij uſque in diem Nonarum Aprilis qualiscunque Luna nata fuerit, in ea fiat initium primi menſis; quartadecima verò à duodecimo Kalend. Apr. ſolerter inquiratur. Ex quibus clarè licet colligere diem fixum æquinoctij ex mente Conc. Nicæni eſſe 21. Martij, ſi enim poſſet eſſe 20. aut 19. tunc Luna 14. in eum cadens eſſet ex dictis n. 9. Luna primi menſis, ejus proinde initium eſſet dies Martij 7. aut 6. contra

tra mentem Concilij, quod vult ab octavo Idus Martij Neomeniam primi mensis inquiri. Similiter, si æquinoctium foret die Martij 22. aut 23. tunc Luna 14. cadens in diem 21. vel 22. non esset Luna primi mensis, consequenter initium primi mensis in diem post nonas Apriles rejiceretur, quod iterum est contra mentem Concilij; & ne relinqueretur dubio locus, additur, quartamdecimam à duodecimo Cal. Apr. solerter inquirendam. Inde autem sequitur nullam esse Lunam 14. Paschalem ante 21. Martij, nec rejici posse ultra diem Apr. 18. Consequenter Pascha non celebratur ante 22. Martij, neque post 25. Apr. Et hæc fuit quocunque tempore post Nicænum celeberrimorum Auctorum sententia & praxis, quam sufficienter manifestant cycli D. Cyrilli Episc. Alexandrini, Dionysij, Ven. Bedæ &c.

14. Unde Beda lib. de ratione temporum cap. 49. Victorium sic alloqui-

tur: *Nos Ægyptiam calculandi diʃciplinam, quæ & tuo judicio, & univerʃalis Eccleʃiæ conʃenʃu verior apparet, omnibus ʃequendam novimus, initium videlicet primi menʃis ab 8. Iduum Martiarum uʃque in Nonarum Aprilium diem. Quartasdecimas verò Lunas Paʃchæ à duodecimo Calend. April. uʃque in 14. Cal. Majas. Porrò diem Paʃchæ Dominicum ab undecimo Cal. Apr. uʃque in 7. Calend. Majarum, & hoc in Luna XV. uʃque ad XXI. eʃʃe quærendum.* Hoc idem ijsdem ferè verbis confirmat Rabanus Archiep. Moguntinus, (vixit circa annum 855.) lib 2. de inſtit. Cler. cap. 39. tum addit: *Nunquam ergo contingere poteʃt ut Luna quartadecima primi menʃis ante vernale æquinoctium, quod ſit XII. Calendas Aprilis, eveniat.* Quis jam de æquinoctio & terminis Paſchalibus dubitet?

15. Addo nihilominus ſecundò fragmentum epiſt. S. Ambroſii, quam integram referunt Magdeburgenſes Cent. 4. cap. 6. tit. de feſtis; ſic igitur

tur Episcopis per Æmiliam constitutis mentem Patrum Nicænorum aliorumque Majorum explicat S. Doctor: *Non mediocris esse Sapientiæ diem celebritatis definire Paschalis, & scriptura Divina nos instruit & traditio Majorum. Qui convenientes ad Synodum Nicænam inter illa fidei, ut vera, ita admiranda decreta, etiam super celebritate memorata congregatis peritissimis calculandi, decem & novem annorum collegere rationem, & quasi quemdam constituêre circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur: hunc circulum Enneadecaterida nuncuparunt .... Duo autem sunt observanda in solemnitate Paschæ, quarta decima Luna & primus mensis qui dicitur novorum .... Incipit autem mensis non secundùm vulgarem usum, sed secundùm consuetudinem peritorum ab æquinoctio, qui dies est duodecimo Calendas Aprilis.* Vides eandem in determinando æquinoctio, quam nos observamus consue-

tudi-

tudinem, jam fuiſſe tempore & ante tempora D. Ambroſii.

16. Inde eſt, quòd Auctores, qui hiſtoriam Eccleſiaſt. conſcripſere, iſtud paſſim doceant aut ſupponant; ſic Natalis Alexander Tom. 3. diſſert. de Paſchate art. 7. ait: *Porrò ut vernum æquinoctium, quod à Patribus Concilij Nicæni ad* 12.*Calendas Apriles fuerat conſtitutum &c.* Eodem modo loquuntur alij. Sed unum audiamus Gregorium XIII. qui hoc idem apertè ſupponit, tum in literis encyclicis ante Calendarij correctionem ad Chriſtianos Principes & celebriores Academias miſſis, tum in literis Apoſtolicis poſt correctionem orbi Chriſtiano propoſitis, ubi ſic loquitur; *Conſiderantes igitur nos ad rectam Paſchalis feſti celebrationem juxta S. S. Patrum ac veterum Rom. Pontificum, præſertim Pij & Victoris primorum, nec non magni illius Oecumenici Concilij Nicæni & aliorum ſanctiones, tria neceſſariò conjungenda & ſtatuenda eſſe, primum certam verni æqui-*

noctij

noctij sedem, deinde rectam positionem XIV. Lunæ primi mensis, quæ vel in ipsum æquinoctij diem incidit, vel ei proximè succedit, postremò primum quemque diem Dominicum, qui eandem 14. Lunam sequitur, curavimus ..... Quo igitur vernum æquinoctium, quod à Patribus Concilij Nicæni ad 12. Calend. Aprilis fuit constitutum &c. Etsi porrò Gregorium ut caput Ecclesiæ non revereantur adversarij, fateantur tamen necesse est, illum & publicè locutum fuisse, & quæ modo recitata sunt apertè supposuisse ex traditione Majorum, dum, ratione correctionis Calendarij, Principum, Academiarum, Peritorum exploravit mentem, *ut res quæ omnium communis est, communi etiam omnium consilio perficeretur.* Et quis est, qui hac in parte, nominatim ratione æquinoctij, contradixerit Pontifici? controversum equidem est de modo emendandi Calendarij, sed suppositiones ex traditione Majorum, tantum abest, ut respuerint ex Christiani orbis

nationi-

nationibus Primarij, ut potius illas aſſumpſerint velut cardines emendationis; agnoſcentes utique cum Pontifice revera hanc eſſe poſt Conc. Nicænum celebrandi Paſchatis in Eccleſia conſuetudinem.

§. VI

Qua ratione Luna Paſchalis ex mente Conc. Nicæni inveſtiganda ſit.

17. IAm ſupereſt inquirendum, utrum Luna 14. Paſchalis ex mente Concilij Nicæni & Patrum determinari debeat ſtrictè per calculum aſtronomicum, an minus ſeverè per cyclos? Qua in re deciſio quæſtionis ſequitur ex dictis; ſi enim quæ dependent à Sole non debeant inquiri per rigorem aſtronomicum, quo fundamento ejusmodi rigorem in ijs, quæ dependent à Luna, exigent Adverſarij? Deinde nonne ſuperius audivimus ex S. Ambroſ. illos qui convenerunt ad Syno-

Synodum Nicænam, decem & novem annorum collegisse rationem, & quemdam constituisse circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. En cyclum Lunarem à Patribus Nicænis aut constitutum aut approbatum, ita quidem ut ex illo exemplum in annos reliquos gigneretur: Certè id non est exigere calculum astronomicum; sed cyclicum apertè proponere: unde Beda de ratione temp. cap. 11. scribit: *Cyclum decennovennalem propter XIV. Lunas Paschales Nicæna Synodus instituit.* Tertiò, quid aliud indicant termini Paschales, quos pro Neomenia & Luna 14. primi mensis ex mente Conc. Nicæni & universæ Ecclesiæ superius determinavimus? Vidimus num. 13. & 14. quòd Majores nostri illas Lunas 14. duntaxat agnoverint Paschales, quæ contingunt intra 21. Martij & 18. Aprilis, utrinque inclusivè; proinde limites noviluniorum primi mensis voluerint esse ab 8. Martij ad 5. Aprilis, utrinque

que etiam incluſivè, adeoque hìc Lunationem definierint 29. dierum ſpatio, cùm tamen Lunatio media aſtronomicè ſit dierum 29. h. 12. 44. min. &c. ergò mens illorum nullatenus fuit, ut calculus iſte adhiberetur: imò hoc adhibito poſſet contingere, ut nullum novilunium vel plenilunium eſſet paſchale; ſi nempe novilunium unum contingeret ſub finem 7. Martij & alterum ad initium 6. Aprilis, quòd utique fieri poteſt propter illas 12. horas &c ultra dies 29. reſiduas; tunc autem juxta Eccleſiæ regulas neutrum eſſet Paſchale; en quid calculus ad ſeveras aſtronomiæ leges exactus efficeret!

18. Et planè ſi quæ primis ſæculis acta ſunt, inſpiciamus, videbimus profectò, non tantùm hæc à Majoribus prudenter inſtituta, ſed etiam à Succeſſoribus conſtanter in praxim deducta fuiſſe: etſi enim in cyclis Lunaribus non ſemper convenirent omnes, in eo tamen conſpirabant unanimiter

miter, ut cyclus aliquis ad inveniendam Lunam Paschalem adhiberetur: id abundè loquuntur tot, qui prodiere, cycli, nempe Theophili, Cyrilli Alexandrini, Victoris, Dionysij, Bedæ &c. in quibus Lunæ Paschales & Festa Paschalia descripta visuntur. Qua in re testem locupletem habemus Ceolfridum in epist. ad Regem Naitanum, ubi sequentia legimus: *Hic autem quem vobis sequendum monstramus, Computus Paschæ decennovenali circulo continetur, qui dudum quidem, hoc est ipsis Apostolorum temporibus, jam servari in Ecclesia cæpit, maximè Romæ & Ægypti, ut supra diximus; sed per industriam Eusebij, qui à B. Martyre Pamphilo cognomen habet, distinctius in ordinem compositus est, ut quod eatenus per Alexandriæ Pontificem singulis annis per omnes Ecclesias mandari consueverat, jam deinde congesta in ordinem serie Lunæ 14. facillimè posset ab omnibus sciri.* En Cyclum Lunarem & ejus antiquitatem! en computum facilem ab om-

nibus intelligibilem! unde jam probabis calculum aſtronomicum?

19. Nos verò oſtendimus etiam in exemplis calculum aſtronomicum non fuiſſe in uſu, ipſis etiam primis poſt Conc. Nicænum annis, ubi planè non ignorabatur, quid ſtatuiſſet Concilium. Id feliciter præſtitit Guldinus lib. 3. cap. 7. ubi, poſtquam ex Epiſt. D. Ambroſij de Paſchate, ex Paſchalibus Theophili Alexand. literis, ex ep. S. Leonis Papæ ad Marcianum Imperat. alijsque antiquitatis monumentis, atque ex ipſis Calviſij ſuppoſitionibus, varios, quibus Paſcha celebratum eſt, dies retulit, & terminos Paſchales antiquos eruit, atque ſtabilivit, ordinatim omnia refert in Tabulam, quam ad 400. poſt Conc. Nicænum annos extendit: in ea videre eſt Plenilunium Paſchale ad mentem Calviſij ſupputatum, Terminum Paſchalem Nicænum, Paſcha Chriſtianorum &c, uti pauca hæc exempla indicant.

Anni

Anni Christi	Plenilun. Paschale		Terminus Paschalis	Pascha
326.	4. Apr. hor. 4.		2. Apr.	3. Apr.
327.	24. Mar.	13.	22. Mar.	26. Mar.
328.	11. A.	10.	10. A.	14. A.
329.	31. M.	19.	30. M.	6. A.
330.	19. A.	16.	18. A.	19. A.
340.	29. M.	23.	29. M.	30. M.

Ex quibus obſerves velim, nec terminum Paſchalem Nicænum in rigore aſtronomico fuiſſe determinatum, neque hunc terminum fuiſſe plenilunium, cùm intra paucos annos Paſcha ter fuerit celebratum Luna 15. in ipſo plenilunio, aut etiam ante plenilunium aſtronomicum, & hoc ſtatim poſt Conc. Nicænum. Unde ergo colligis mentem Conc. Nicæni fuiſſe, ut terminus Paſchalis ſit plenilunium, & quidem in rigore aſtronomico determinatum? Longè magis ingenuus eſt Origanus Calviſij Amicus, qui poſtquam numeros aureos eo ordine diſpoſuit, ut ex ijs eosdem terminos paſchales colligere poſſimus, ſic loqui-

tur Introduct. Ephemer. Part. 1. cap. 3. *Calendarium Eccleſiaſticum oſtendens aureos numeros per totum Cyclum decennovenalem, quo & Eccleſia primum à temporibus Concilij Nicæni, & poſtea ex conſtitutione Dionyſii exigui Abbatis Romani ad hæc noſtra tempora uſque uſa eſt.*

20. Unde dicta de Cyclo Lunari confirmantur ex Calendario veteri Eccleſiaſtico, in quo Numeri aurei indicabant Neomenias, eo proportionaliter modo, quo eaſdem nunc indicant epactæ: neque ad inveſtigandam Lunam Paſchalem recurrebant ad calculum aſtronomicum, ſed numerabant ſimpliciter Lunam 14. à neomenia per numerum aureum indicatâ, uti nunc facimus inveſtigando Lunam 14. ab Epacta currente, quæ initium menſis Lunaris indicat: atque hic modus non ultimis duntaxat ante correctionem ſæculis in uſu fuit, ſed primis etiam poſt Conc Nicænum annis, quod patet vel ex ipſo errore, quem cyclus

tum

tum solaris tum Lunaris, prout in veteri Calendario notabatur, tempore correctionis induxerat: primò enim debuerunt auferri dies 10. ut æquinoctium in pristinam sedem, quam tempore Conc. Nicæni occupabat, restitueretur: ut autem tantus enascatur error, minimùm requiruntur anni 1257. quot nempe effluxerunt à tempore Conc. Nicæni usque ad tempora, quibus emendatum est Calendarium: cùm enim annus Julianus 11. circiter minutis primis justô major sit, si hæc multiplices per 1257. non omnino dies 10. integros obtinebis. Similiter ut enascatur in cyclo Lunari error 4 dierum, qualis subinde fuit ultimis ante correctionem annis, totidem quoque requiruntur anni. Nam cyclus Lunaris non restituebat novilunia ad eandem diem anni Juliani, sed intra annos circiter 312. integro aberrabat die: consequenter ut fiat error 4. dierum, requiruntur iterum ferè anni 1257. Atque ex hactenus dictis

deduci poſſe exiſtimo, nec praxim nec mentem Eccleſiæ unquam fuiſſe, ut quæ ad Paſchatis celebrationem præſupponuntur, ſtrictè per calculum aſtronomicum inquirantur.

§. VII.

Cur Eccleſia potiùs elegerit computum cyclicum quàm aſtronomicum.

21. ADdo nunc rationes, cur Eccleſia potius adhibeat computum cyclicum, quàm calculum aſtronomicum: id imprimis facit, ut in re, quæ omnes ſpectat, omnes etiam regulas, quantum fieri poteſt, habeant faciles: ut in ſuis precationum & rituum libris Calendarium habeat quodammodo perpetuum, quo fideles ſemper & ubique æqualiter dirigantur: ut Eccleſiaſtici, qui verſantur inter Barbaros in Indijs ſcientia & ſuppellectili aſtronomica deſtituti, modò habeant miſſale aut breviarium, facili

facili negotio in annos sequentes possint festorum dispositionem perspicere, atque cum alijs in Ecclesia celebrare. Deinde ut vitentur lites, quas verorum cælestium motuum inæqualitas inducere potest, atque omnes concordes sint in celebrando paschate, juxta decreta Conciliorum Nicæni, Arelatensis I. &c. ubi statuitur, *ut uno die & tempore per omnem orbem Pascha celebretur*, quod fieri vix potest, si calculus astronomicus adhibeatur. Primò enim quanta est tabularum diversitas? diversus proinde ex diversis tabulis prodibit calculus, jam si ex quibusdam tabulis æquinoctium aut Luna Paschalis eruatur ante mediã noctem, ex alijs post mediam noctem, cui diei affigent terminum Paschalem? fortè tabulas Rudolphinas proponent Protestantes in Imperio? sed qua Auctoritate eandem obligationem imponent alijs? suas quæque Natio præferet tabulas. Recurrentne ad observationes cæléstes? sed in re delicatis-

ſima, quæ nec unius anni labor eſt, conveniantne omnes? Ex plurium annorum obſervationibus ſuas ſe conſtruxiſſe tabulas aſſerit D. de la Hire, id aſſerunt & alij; conveniuntne propterea ſemper? ſi hoc exigunt, rem planè difficilem petunt Adverſarij; & quidem in negotio quod recurrit quotannis.

22. Sed eſto, concordes forent tabulæ; quot tamen orirentur difficultates ex meridianorum differentia? rem oſtendamus in exemplo, quod nobis objicit D. Roſten, ait enim, nos uti anno 1724. ita etiam an. 1798. eodem ex fonte in celebrando paſchate erraturos; quia nempe cyclus noſter Lunam Paſchalem indicat 1. April. cùm tamen plenilunium verum incidat in diem 31. Martij. Eſto quòd plenilunium verum ſit terminus Paſchalis; at obſervent velim plenilunium verum contingere quidem 31. Martij, ſed juxta D. Gaupp 21. min. tantùm ante mediam noctem ſecundùm meridianum Uranob,

nob. Quid fiet autem cum tota Aſia &c. quæ tunc jam habebit diem 1. April. qui dies erit Dominicus? Profectò ſi regulam hanc ſequamur omnes, alterutrum fieri neceſſe eſt, ut nempe Aſiatici, vel Paſcha nobiſcum non celebrent, vel illud celebrent in ipſo termino Paſchali, quod utrumque eſt contra Conc. Nicænum, quod hac in parte tam ſanctè obſervari volunt Acatholici.

23. Et quis unquam ab omni hominum memoria ſibi perſuaſit, quòd Eccleſia & nominatim Conc. Nicænum voluerit tot ſubtilitatibus aſtronomicis & difficultatibus fideles implicare? quòd, dum definijt terminos Paſchales, attenderit unicè ad tabulas Rudolphinas aut ad meridianum Norimbergenſem vel Uranoburgicum, & voluerit reliquas orbis nationes jure ſui meridiani excidere? Credendum potius Eccleſiam, quæ communis omnium fidelium Mater eſt, eas tradidiſſe regulas, quæ ab omnibus ubi-

que locorum æqualiter obſervari poſſint, & pacem atque unitatem Chriſtianorum per univerſum orbem ſervent illæſam: tales habet methodus noſtra, cùm omnes per orbem Chriſtiani Paſcha celebrent eo die, quo in Calendario per cyclos indicatur; Orientaliores quidem incipient primi, quia citius illis dies illuceſcit; omnes tamen uno die naturali ſeu intra 24. horas Paſcha ſucceſſivè peragent die Dominico reſpectu ſui meridiani, & quidem tali die Dominico, qui ſequatur terminos Paſchales à Conc. Nicæno præſcriptos.

24. Hoc proportionaliter modo feſta quoque immobilia celebrat Eccleſia: ſic Nativitatem Chriſti celebramus 25. Decemb. Neque tunc aſtronomicè inquirimus, utrum Sol ſit in 3. 4. vel 5. gradu Capricorni, conſequenter utrum idem ſit dies Solaris aſtronomicus, qui fuit annis ſuperioribus: nobis enim ſatìs eſt, quòd ſit eadem dies civilis poſt ſolſtitium hyber-

bernum, à quo illam cyclus Solaris nunquam multùm removeat. Sic etiam primo Januarij annum inchoamus à media nocte (quisque in suo meridiano) non scrupulosiùs indagantes, utrùm Sol tunc re ipsâ circulum suum absolverit, aut jam inchoaverit novum: nobis satìs est, quòd habeamus principium anni politici, probè scientes ex dispositione Calendarij, illum ab anno astronomico non multùm discrepare. Nec aliter in suo Calendario faciebant Judæi: decimamquartam in suo mense Lunari numerabant à Neomenia seu prima die mensis, non studiosiùs inquirentes, utrùm esset astronomicè talis; nec semper talis esse poterat, cùm etiam mense civili uterentur alternatim 30. & 29. dierum: & fuere tempora, quibus Neomeniam æstimabant ex prima Lunæ phasi, quam probati speculatores observabant. Cur ergo Christiani in inquirenda Luna 14. ad severiorem calculum obligentur quàm

Judæi,

Judæi, qui, ut ajunt, tenebantur ad Litteram?

25. Et quid aliud hac in parte facit Ecclesia, quàm quod omni tempore fecerunt Nationes Sapientiſſimæ, quæ in definiendo tempore politico, in Calendarijs manualibus, in exhibendis Feſtis, Menſium, Lunationum, hebdomadarum initijs, uſæ ſunt cyclis; & minutias aſtronomicas, quantum potuere, ſuo tempore per dies integros compenſarunt. Sive enim habeant annum Solarem, uti Romani, ſive purè Lunarem, uti Arabes & Turcæ, ſive Lunarem mixtum, ut Hebræi: in hoc tamen, de quo agimus, conſentiunt omnes. Hebræi enim antiquitus ſuos habebant in anno 12. menſes ſeu Lunationes alternatim 30. & 29. dierum, addebant ſuo tempore menſem 13. ut annus Lunaris ad Solarem reduceretur; & fiebat annus Embolimæus. Judæi quoque Neoterici ſuos habent annos communes & embolimæos, quos

quos determinant per Enneadecaete-riden propriam; suos annos deficientes & abundantes, quos desumunt à diebus rejiculis, alijsque translationis Neomeniarum Regulis. Hujusmodi menses, & annos deficientes aut abundantes, communes aut Embolimæos habent etiam Turcæ & Arabes, qui eos definiunt per celebrem illam Triacontaeteriden Mahometanam seu cyclum 30. annorum. Romani utebantur cyclo Solari & cyclo indictionum. Græci, cyclo Lunæ decennovennali, quem Meton Atheniensis adinvenit. Ægyptij omnes negligebant minutias, & annum rotundè definiebant diebus 365. quos in 12. menses, 30. dierum singulos distribuebant, additis in fine 5. diebus epagomenis; neque suo tempore diem adjiciebant intercalarem, quamvis caput anni sensim notabiliter anticiparetur. Ægyptios secuti sunt Persæ. Eandem quoque formam tenuerunt Æthiopes, nisi quod in anno suo bissextili 6. adjicerent

jicerent dies epagomenas: atque ita de alijs. Et erunt, qui Eccleſiam, quæ aliàs ad Cerimonias legales non tenetur, velint in determinandis per annum feſtis ad calculum aſtronom. obligare, & in definiendo tempore politico præter omnium nationum morem ad computum civilem repudiandum aſtringere! quaſi verò Eccleſia, quæ liberrimè Paſcha mobiliter celebrandum ſuſcepit, non etiam poſſet modum illius computandi determinare, præſertim cùm elegerit prudentiſſimum, atque apud ſapientiſſimas nationes uſitatum!

§. VIII.

Cur & quomodo Alexandrinis commiſſa fuerit Calendarij cura.

26. AT verò ſi Conc. Nicænum computum civilem & cyclicum per ſe faciliorem prælegit, quid opus erat Alexandriæ Patriarchis, ubi potiſſimùm florebat Aſtronomia, Calendarij

lendarij curam committere? Imprimis distinguere oportet inter cyclorum usum & eorundem constructionem. Postquam cycli constructi sunt & determinatæ regulæ, ijsdem uti non admodum est difficile: at hæc omnia ita determinare, ut, quantum fieri potest, ex una parte consonent cum motibus cælestibus, ex altera verò sint ad captum & commoditatem fidelium, planè res est magni laboris, quæ peritum requirit Mathematicum. Numquid tempore Gregorij 13. convocati sunt aut interrogati astronomorum peritissimi? An idcirco inde inferes: ergo Gregorius voluit adhiberi in Calendario Ecclesiastico calculum astronomicum, & cyclicum eliminari? hallucinaris planè, si hoc inferas; cùm Gregorius & tota cum eo Ecclesia, voluerit quod factum est, nempe cyclorum tum Solis tum Lunæ emendationem, ob quædam vitia, quæ Alexandrinorum aliorúmque astronomorum peritiam effugerant. Quid jam mirum,

mirum, ſi olim quoque cyclorum cura, qui ab aſtronomia dependent, Aſtronomis commiſſa ſit? Et ſanè illud erat pernecceſſarium, cùm tunc aſtronomia non eſſet in ea perfectione, in qua nunc eſt, multa eſſent incerta, opiniones diverſæ, neque cyclorum bonitas per experientiam ſufficienter probata eſſet. Accedit quod in Eccleſia, quæ tunc latiùs per Ægyptum, Palæſtinam, Syriam, Græciam, Aſiam minorem diffundebatur, diverſa eſſet apud quaſdam nationes annorum & menſium ratio; & tamen oportebat omnes uno eodemque die Paſcha celebrare juxta regulas Nicænas: ergo opus erat aliqua temporum reductione, de qua multum differit D. Ambroſ. epiſt. num. 15. citatâ, & denique ſic concludit: *Ergo ſecundùm Ægyptios primo menſe celebraturi ſumus Dominicam Paſchæ: hoc eſt 7. Calendas Maji, qui eſt dies trigeſimus Pharmutij menſis.* Addit in eadem epiſt. rationem convenientiæ his verbis:

Nec

Nec absurdum arbitror, ut inde observandi mensis trahamus exemplum, ubi primum Pascha celebratum est. Unde & Majores nostri in tractatu Concilij Nicæni, eum diem endecateride, si quis diligenter intendat, statuendum putarunt, &c.

27. Quòd autem Alexandrini ex voluntate Concilij Nicæni solemnitatem Paschalem astronomicè singulis annis determinaverint, id quidem asserit in folio impresso D. Doppelmayr, asserit & Auctor Theatri Europæi; sed neuter probat vel exemplo vel Auctoritate aut aliquo antiquitatis monumento: cùm tamen nos probaverimus contrarium. Et primùm nunc D. Ambros. asseruit, quòd Majores nostri in tractatu Conc. Nicæni eum diem *Endecateride* statuendum putarint. Superiùs quoque n. 15. ex ipso audiveramus, eos qui convenerant ad Synodum Nicænam, quemdam constituisse *circulum*, ex quo Exemplum in annos reliquos gigneretur.

D Nonne

Nonne idem probavimus ex terminis Paſchalibus, certis quibusdam diebus affixis? & hanc ſequendo rationem, ſequimur, Beda teſte, *Ægyptiam* calculandi diſciplinam, quæ univerſalis Eccleſiæ conſenſu verior apparet, ut vidimus n. 14. Hoc ipſum exemplis confirmavimus num. 19. Intelleximus autem n. 18. ex Ceolfrido, hunc Paſchæ computum, qui decennovennali circulo continetur, ab ipſis Apoſtolorum temporibus in Eccleſia ſervari cæpiſſe maximè Romæ & *Ægypti*; ſed per induſtriam Euſebij diſtinctiùs in ordinem compoſitum eſſe, ut Lunæ 14. faciliùs ſciri poſſent. Et quid aliud loquuntur Cycli Paſchales Theophili ac Cyrilli Alexandrini? Síque aliquando difficultates obortæ ſunt, ex eo quòd cycli eſſent tunc ſat imperfecti, nunquam tamen eliminandos, ſed corrigendos cenſuerunt, ſervatis ſemper Conc. Nicæni regulis, ut poſtea pleniùs factum eſt tempore Gregorij XIII. Quæ quidem omnia

adeo

adeo vera sunt, ut ea diffiteri non ausus sit Mæstlinus; sic enim loquitur apud Guldinum lib. 1. cap. 3. *Quod si quis miretur, quare de his subtilitatibus astronomicis in anno politico vel Ecclesiastico disputem, is noverit, quòd ego & mecum omnes sani atque prudentes Mathematici ultro confiteamur, hasce subtilitates astronomicas in rei veritate nihil conducere ad annum Politicum; unde neminem Politicorum & plebeiorum hisce gravandum statuimus, sicut nec Julius Cæsar prudentissimus Imperator in anni restitutione subtilitatibus ullis turbas movere voluit: nec Patres Concilijs Nicæni ... quicquam de his subtilitatibus monuerunt.*

28. Ita autem cycli Paschalis cura Alexandrinis commissa fuerat, ut tamen priùs, *dies solemnitatis, Sedi Apostolicæ indicaretur, ut hujus scripti ad longinquiores Ecclesias judicium generaliter percurreret*; ut ait S. Leo M. epist. 64. ad Martianum Augustum data: & constat ex epistolis Paschali-

bus Theophili Alexandrini; quod quidem jam pridem juxta antiquum Eccleſiæ morem ſtatutum fuerat in Conc. Arelatenſi I. ſic enim habet Can. 1. ad S. Sylveſtrum Papam cum cæteris directo: *Primo loco de obſervatione Paſcha Dominici; ut uno die, & uno tempore per omnem orbem à nobis obſervetur & juxta conſuetudinem, literas ad omnes Tu dirigas.* Quando igitur D. Doppelmayr aut alius dicit, morem fuiſſe, ut ab Alexandrino Patriarcha ſolemnitas Paſchalis alijs Epiſcopis denuntiaretur, id univerſim & immediatè de omnibus intelligendum non eſt, quod iterum patet ex Conc. Carthaginen. 3. can. 1. ita decernente: *Placuit ...... ut omnes Africanæ Provinciæ Epiſcopi obſervationem Paſchalem ab Eccleſia Carthaginenſi curent accipere.* Quæ Eccleſia Carthag. prius literas accipiebat à Rom. Pontifice, uti conſtat ex Epiſt. Innocentij I. ad Aurelium Carthaginenſem Epiſcopum data. Id autem fiebat, quia ſupremi

premi Pontificis est festa per universum orbem indicere, & si quæ exorta fuisset controversia, in eam dirimendam sedulò incumbere, uti factum legimus à S. Leone anno Christi 444. & 455. anno Cycli Theophiliani 76.

§. IX.

Cyclus Gregorianus immeritò accusatur.

29. Verùm, etsi Ecclesia calculum astronomicum in definiendis terminis Paschalibus non elegerit, cum tamen, me ipso fatente, optavit semper computum cyclicum, qui cælorum motibus, quantum fieri potest, consonaret, & sedulam quoque curam impendit, ne in celebrando Paschate obreperet error: Talis autem computus non eruitur ex cyclo Gregoriano, ut pote qui anno 1724. toto aberrat octiduo, dum Pascha quod secundùm calculum astronomicum celebrandum esset 9. Aprilis, rejicit in

bus Theophili Alexandrini; quod quidem jam pridem juxta antiquum Eccleſiæ morem ſtatutum fuerat in Conc. Arelatenſi I. ſic enim habet Can. I. ad S. Sylveſtrum Papam cum cæteris directo: *Primo loco de obſervatione Paſchæ Dominici; ut uno die, & uno tempore per omnem orbem à nobis obſervetur & juxta conſuetudinem, literas ad omnes Tu dirigas.* Quando igitur D. Doppelmayr aut alius dicit, morem fuiſſe, ut ab Alexandrino Patriarcha ſolemnitas Paſchalis alijs Epiſcopis denuntiaretur, id univerſim & immediatè de omnibus intelligendum non eſt, quod iterum patet ex Conc. Carthaginen. 3. can. 1. ita decernente: *Placuit ...... ut omnes Africanæ Provinciæ Epiſcopi obſervationem Paſchalem ab Eccleſia Carthaginenſi curent accipere.* Quæ Eccleſia Carthag. prius literas accipiebat à Rom. Pontifice, uti conſtat ex Epiſt. Innocentij I. ad Aurelium Carthaginenſem Epiſcopum data. Id autem fiebat, quia ſu-

premi

premi Pontificis est festa per universum orbem indicere, & si quæ exorta fuisset controversia, in eam dirimendam sedulò incumbere, uti factum legimus à S. Leone anno Christi 444. & 455. anno Cycli Theophiliani 76.

§. IX.

Cyclus Gregorianus immeritò accusatur.

29. VErùm, etsi Ecclesia calculum astronomicum in definiendis terminis Paschalibus non elegerit, eum tamen, me ipso fatente, optavit semper computum cyclicum, qui cælorum motibus, quantum fieri potest, consonaret, & sedulam quoque curam impendit, ne in celebrando Paschate obreperet error: Talis autem computus non eruitur ex cyclo Gregoriano, ut pote qui anno 1724. toto aberrat octiduo, dum Pascha quod secundùm calculum astronomicum celebrandum esset 9. Aprilis, rejicit in

16. ejusdem menſis; qui error eſt planè intolerabilis. At verò faſſus ſum equidem, Eccleſiam ſemper optaſſe computum cyclicum, qui, quantum fieri poteſt, cælorum motibus conſonaret, in quo tamen tres Concilij Nicæni regulæ num. 16. indicatæ ubique locorum à fidelibus obſervarentur: quod autem magnificis verbis addunt aliqui, cyclum nempe Gregorianum toto aberrare octiduo, id planè faciunt, ut fucum faciant indoctis, niſi ipſimet decipiantur: numquid enim ipſi adverſarij terminum Paſchalem ſtatuunt 8. Aprilis, dum cyclus illum ponit Aprilis 9. ergò differentia ad ſummum eſt unius diei: quòd autem Paſcha poſt octiduum celebretur, id fit hoc anno quia terminus noſter Paſchalis incidit in diem Dominicum, in quem ſi eorum terminus incideret, ipſi quoque Paſcha in Dominicam ſequentem rejicerent juxta regulas Nicænas. Certè illo anno non major erit in termino-

rum

rum positione differentia, quàm subinde fuerit superioribus hujus sæculi annis; quòd autem nihilominus Pascha eodem die celebraremus, id contigit, quia eorum & noster terminus Paschalis in alias hebdomadæ ferias incidebat: unde non est, cur annus 1724. erroris arguatur.

30. Dixi differentiam positionis termini Paschalis esse ad summum unius diei, neque enim tanta est, cùm ex ipsorum adversariorum calculo, sit duntaxat 7. horarum & aliquot minutorum. Nam D. Wurzelbau plenilunium Paschale ponit die Apr. 8. hor. 4. 27. min. 32. sec. D. Rosten hor. 4. 34. min. 25. sec. uterque post merid. Nos ponimus Lunam paschalem die seq. non unâ horâ sed toto die, prout computus politicus respectu omnium in orbe nationum exigit: ergo non differimus, nisi illis 7. horis & minutis residuis. Dicam amplius, cyclus noster in positione termini Paschalis neque differt unâ horâ vel uno mi-

nuto ab aſtronomico adverſariorum calculo; cùm enim hìc locorum accidit plenilunium circa mediam quintam veſpertinam Sabbati, ijs qui ſunt in extremo oriente jam illuceſcit dies Dominicus: ergo reſpectu iſtorum terminus adverſariorum Paſchalis in eundem diem incidit ac noſter; conſequenter paſcha rejiciendum eſt in Dominicam ſequentem juxta regulas Nicænas, ab omnibus obſervabiles & obſervandas. Idem & à fortiori poſſum oſtendere an. 1798. quem nobis etiam objiciunt adverſarij, ut patet ex dictis n. 22. Si jam cyclus noſter eam habeat perfectionem ijs annis, qui vel maximè nobis objiciuntur, quantæ perfectionis erit illis annis, quibus ab ipſis adverſarijs laudatur! ſic enim ſcribunt in Theatro Europæo part 15. fol. 696. So weichet der *Cyclus Gregorianus* jetziger Zeit/und vile *Sæcula* nacheinander vom Himmels-Lauff und denen *Canonibus* vermercklich nicht ab. Et utique ad cyclum politicum ſatis

eſt,

eſt, ſi pluribus ſæculis à cælorum motu differentiâ ſenſibili non diſcrepet, & conſequenter à SS. Canonibus nullatenus abludat.

31. Quòd enim ſingulis annis talis cyclus debeat perfectè motibus cæleſtibus coæquari, id enim verò eſt omnino impoſſibile; unde in citato folio de fundamentali Calendariorum diſcrimine, immeritò carpunt Clavium, quòd reſponderit hanc eſſe cyclorum naturam & inevitabile fatum, ut quandoque cælorum motibus non perfectè reſpondeant. Et certè albæ mentis hominem eſſe oportet, cui cum oculis mentem excæcavit carpendi libido, ſi exigat, ut cycli politici in omnibus cum motu Luminarium cæleſti perfectè coæquentur. Cùm enim in hac providentia motus Solis & Lunæ non abſolvatur diebus integris, ſed reſiduæ ſint ſemper aliquot horæ cum minutis primis, ſecundis, tertijs; cycli verò motus luminarium cæleſtes definiant diebus

integris; planè impoſſibile eſt, ut iſti cum illis perfectè ſemper commenſurentur; ſatis igitur eſt, ſi minutiæ hinc inde neglectæ, ſuo tempore per dies integros compenſentur.

§. X.

Quomodo prohibitum ſit Chriſtianis Paſcha celebrare cum Judæis.

32. QUandoquidem igitur ea eſt cyclorum natura, ut quandoque à Cælo nonnihil abludant, viſum eſt Calendarij Reformatoribus, ſatius eſſe tarditate moráque peccare quàm celeritate (ſi tamen peccatum eſt ubi agitur de impoſſibili) proinde Epactas ita diſpoſuerunt, ut plerumque ſeriùs, ac contingant in Cælo, neomenias indicent, ne ſcilicet quandoque contingat, ut Lunæ 14. nimiùm prævertant plenilunia, quod non ita cautum fuerat antiquitus. Accedit, quòd hac ratione magis vitetur periculum celebrandi Paſcha cum Judæis, cùm

per hoc in dies sequentes rejiciatur : quanquam mens Ecclesiæ non sit, ut nostram computandi rationem immutemus, si fortè contingat, illos eo die solemnitatem azymorum paschalem, quo nos festum Paschatis peragimus, celebrare; tunc enim Pascha in hoc sensu cum illis Luna XV. *celebrare possemus, quanquam Sacramentorum genere discreto*, ut ait Ceolfridus Abbas: & hoc modo brevì post Conc. Nicænum in utroque Calendario, Ecclesiastico & Judaico Pascha eodem die aliquoties notatum invenio, ut annis 343. 347. 367. 370. 374. 394. 401. &c.

33. Ut ista bene distinguantur, habeatur præ oculis textus S. Script. Lev. 23. *Mense primo, quartadecima die mensis ad vesperum, Phase Domini est; & quintadecima die mensis hujus solemnitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis, dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusque, omne opus servile non facietis in eo : sed offeretis*

retis ſacrificium in igne Domino ſeptem diebus, dies autem ſeptimus erit ſanctior & celebrior. Hìc Scriptura clarè diſtinguit diem 14. à die 15. & Phaſe Domini ſeu Paſcha, à ſolemnitate azymorum. Unde Rabanus Moguntinus Præſul lib. 2. de inſtit. Cler. cap. 39. *Notandum,* inquit, *quòd inter Paſcha & azyma legis hoc diſtat, quòd illa una dies, quâ agnum occidi neceſſe erat, & nocte ſequenti tranſiens Dominus primogenita Ægyptiorum percuſſit, liberans domus filiorum Iſraël ſignatas agni ſanguine, PASCHA dicebatur; ſequentes verò dies VII. id eſt à XV. uſque ad viceſimam primam menſis ejusdem, Azymorum propriè vocabantur.* Quin & ipſe Scaliger in Hebræorum, quod exhibet, Calendario diei 14. menſis Niſan adſcripſit: *Paſcha, Exterminatio fermenti*: ad diem verò 15. *Azyma*: & hanc diſtinctionem faciunt alia quoque Hebræorum Calendaria.

34. Hoc igitur ſtatuit Eccleſia, ne Chriſtiani Luna XIV. cum Judæis

Chri-

Christi interfectoribus, qui tunc agnum immolabant, in celebrando Paschate concurrerent, aut cum Quartodecimanis, qui in Paschatis celebratione legem Mosaicam cum Evangelio conjungendam volebant, uti colligitur ex Eusebio lib. 5. cap. 22. Et de istis Tertullianus de Præscript. c. 53. sic loquitur: *Est praeterea his omnibus etiam Blastus accedens, qui latenter Judaismum vult introducere: Pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundùm legem Moysi XIV. mensis.* Ex quibus patet Judæos & Quartadecimanos Pascha celebrasse Luna 14. Quod rursum de Judæis confirmatur à S. Hieron. in Catal. de Script. Eccl. *Polycrates*, inquit, *Ephesiorum Episcopus cum cæteris Episcopis Asiæ, qui juxta quamdam veterem consuetudinem cum Judæis 14. Lunâ pascha celebrabant, scripsit adversùs Victorem Epis. Rom. Epistolam Synodicam.* Econtra: *Theophilus Cæsareæ Palæstinæ Episcopus sub Severo Principe adversum eos,*

qui

qui decimâquartâ Lunâ cum Judæis Paſcha faciebant, cum cæteris Epiſcopis Synodicam valde utilem compoſuit epiſtolam. Neque ad initium impreſſi ſui folij diſſentit D. Doppelmayr dum dicit: Indeme GOtt denen Juden im alten Teſtament befohlen / daß ſie ihre Oſtern jederzeit am 14. Tag deß Monaths Niſan, zum Andencken / daß ſie umb eben diſe Zeit auß Egypten geführet worden / feyerlich begehen ſolten.

35. Cùm ergo Judæi Paſcha facerent Lunâ 14. ne cum ijs concurrerent Chriſtiani, atque etiam ut diſciplina celebrandi paſchatis à S. Petro Eccleſiæ Rom. tradita ubique locorum ſervaretur, ſtatuit Conc. Nicænum, ut *concorditer Paſcha celebrent unâ eadémque die, quâ Dominus reſurrexit à mortuis, quæ quartam decimam Lunam primi menſis ſubſequitur*, uti dictum eſt n. 4. & 5. unde ſi Luna 14. cadat in diem Dominicum, Paſcha rejicitur in Dominicam ſequentem ad finem hebdomadæ 3. Lunâ 21. ſi verò Luna 14.

cadat

cadat in Sabbatum, nihil prohibet, quo minus statim die Dominica seq. Lunâ 15. Pascha celebretur; nam hoc modo regulas observamus Conc. Nicæni, & jam uno die differimus à Judæis; ut enim ait S. Isidorus cap. 31. de off. Eccl. *Judæi tantundem mensem novorum & Lunam observant: diem autem addendum Patres nostri censuerunt, ut & nostra festivitas à festivitate Judæorum distingueretur.* Neque obstat, quòd dies 15. mensis Nisan quandoque solemnitas Judæorum paschalis nuncupetur, nam hic Pascha sumitur in sensu latiore, in quo convenit etiam reliquis azymorum diebus, uti Sigonius lib. 3. de Republ. Hebræorum colligit ex verbis S. Lucæ act. 12. *Erant dies azymorum. Quem cùm apprehendisset, misit in carcerem, volens post Pascha producere populo.* Eo ferè modo, quo nos per totam hebdomadem festa paschalia celebramus; unde primùm die Sabbati in Missâ canit Ecclesia: *concede quæsumus omnipotens*

Deus

Deus, ut qui feſta paſchalia venerando egimus &c. Propriè autem loquendo Paſcha Judæorum peragitur 14. die civili menſis Niſan, & hunc diem ſolum rejecit Eccleſia, ut conſtat ex dictis. Hæc omnia præter computum Judaicum perpendat D. Gaupp, prius, quàm aſſerat nos cum Judæis Paſcha celebraſſe anno 1609. Neque enim tunc die prohibito celebravimus, cùm nec 14. Judæorum in diem Dominicum incideret. Quòd ſi computandi rationem mutarent Judæi, quid hoc ad nos? neque enim Concilium Lunam præſcripſit calculi alicujus incerti. Certè Calendarium Neotericum, quo nunc utuntur Judæi, primùm poſt tempora Conc. Nicæni, uti opinatur Calviſius, introductum eſt, aut circa tempora Conc. Nicæni, ut volunt alij. Jam novus hic computus, etſi in multis cum cælo ſatis conveniat, vanas tamen obſervationes habet, uti ſunt quædam dies rejiculæ, tekuphæ &c. ſi jam plures adderent,

aut mutarent priores, nihil ad nos: jam pridem ab ipsis in celebrando Paschate recessimus; sive illi per novam computandi rationem propiùs accedant, sive magìs recedant, nostrâ parum refert.

36. Acatholici verò videri volunt hac in parte scrupulosiores; dum Pascha potius ad octiduum existimant differendum, quàm ut celebretur eo die, quo solemnitatem legalem peragunt Judæi, etiamsi dies hic sit Dominicus & Lunam Paschalem consequatur; rationem addunt in Theatro Europ. loco sup. cit. his verbis: und dises zu folge einer bey der ersten Christlichen Kirche gebräuchlichen Regel und Praxi, da das Oster-Fest allezeit / wann der Oster-Vollmond auff den Sambstag / und solcher Sambstag den 21. Mertz gewesen ist / auff den über 8. Tage folgenden Sonntag verschoben worden. Rem mihi planè novam, quam necdum in tota historia Ecclesiastica legeram. Igitur si ita est non

licebit in ſimili caſu Paſcha celebrare Luna 15. & fortè nec 16. ergo celebrandum erit Luna 22. vel 23. in 4. hebdomade, contra Canones, qui volunt, ut Paſcha celebretur hebdomade 3. primi menſis à 15. uſque ad 21. incluſivè, hoc eſt, primo die Dominico poſt Lunam 14. ut hactenus & Auctoritate & exemplis abundè probatum eſt: *& ideo*, ajebat S. Gaudentius, *nec intra decimam quartam, nec ultra viceſimam primam celebrare poſſumus.* Et certè dum antiquorum cyclos relego, invenio ſemper Paſcha celebratum fuiſſe die Dominico proximè ſequente diem Sabbati, ſi in hunc Luna Paſchalis inciderit, nec unquam translatum lego ad 2. Dominicam, quæ terminum Paſchalem conſequitur. Sed fortè ſpeciale privilegium erit, quando illud Sabbatum cadit in 21. Martij, ut nuperrimè ex Theatro Europ. dicebatur? at non video quare; neque enim eſt minus periculum, ne concurratur cum Judæis, ſi Luna Pa-

schalis immediatè præcedat Dominicam alijs diebus, quàm 21. Martij. Deinde si hæc regula valet, nunquam licebit Pascha celebrare 22. Martij, quod est contra praxim non modernam tantùm, sed etiam antiquam: ex cyclis enim & Antiquorum regulis celebritatem Paschatis aliquoties notatam lego 22. Martij, uti anno Domini 72. 216. 319. 414. 509. 604. 851. &c. Quoties nimirum Luna 14. cadit in 21. Martij, & dies sequens est Dominicus. Quod directè est contra Adversariorum regulam, nec scio, quâ nitantur Auctoritate, nisi fortè nitantur Auctoritate Calvisii, cujus imperitiam, teste Petavio, jam pridem fregit confutatione sua Guldinus lib. 3. cap. 6. Quanquam seipsum refutaverit Calvisius ipse, dum inter regulas, quas Primitiva Ecclesia præscripsit, hanc ordine quintam retulit: *Ne Pascha in ultimam mensis lunaris hebdomadam rejiciatur, in Dominicam scilicet, quæ vicesimum*

primum diem menfis lunaris fequitur. lib. 1. Elen. cap. 4.

37. Interim hanc dilationis regulam obfervari velle videtur D. Doppelmayr,& quidem non tantùm,quando Luna Pafchalis cadit in diem Martij 21. fed alijs (& quidem confequenter) etiam diebus, fi Dominica immediatè fequatur, & fubfit aliquod periculum, ne tunc folemnitatem Pafchæ legalem peragant Judæi. Quare antequàm determinetur, utrùm anno 1724. Pafcha celebrandum fit 9. Apr. uti celebrandum effet juxta regulas ipforum aftronomicas, tertium computum nempe Judaicum adhibendum quoque judicat, ut fcilicet innotefcat, an illo die 9. folemnitatem fuam peragant Judæi. Computum porrò inftituit ex Beveregio Auctore Anglo,& invenit Pafcha Judaicum celebrari 8. Apr. confequenter nullam fupereffe rationem, quò minus Proteftantes die 9. celebrent. Ego quoque calculum Judaicum fubduxi ex Auctoribus,

quos

quos habeo præ manibus, inter quos D. Wolfius, ipsis minimè suspectus, & apud omnes de rebus Mathematicis bene meritus; & inveni illud Pascha judaicum, de quo vitando sollicitus erat D. Doppelmayr, & quod juxta ipsum cadit in 8. Aprilis, esse 15. mensis Nisan, quo die solemnitatem legalem peragunt Judæi, primâ die Azymorum, postquam pridie ad vesperam præcessit immolatio agni, & exterminium fermenti, juxta legem Exod. 12. Levit. 23. (dissimulo hìc, quod superiùs dixerat, daß die Juden ihre Ostern jederzeit am 14. Tag deß Monaths Nisan feyrlich begehen sollten.)

38. Tum subijt animum cogitatio examinandi, utrùm illi non alijs, quos nobis objiciunt, annis hac difficultate implicarentur, & revera inveni anno 1798. ipsissimum illud Pascha judaicum cadere in 1. Aprilis, quo die Protestantes videntur velle Pascha celebrare, cùm nos celebraturi simus die 8.

 Nam

Nàm niſi meus me fallit calculùs tunc caput anni Judaici Neoterici 5558. ſeu Neomenia Thiſri erit fer. 5. reſpondens 21. Septemb. anni Gregoriani 1797. Et caput anni ſequentis 5559. erit fer. 3. reſpondens 11. Sept. anni Gregor. 1798. Quare annus judaicus 5558. erit annus abundans communis, conſequenter Neomenia Niſan cadet in diem 18. Martij anni Gregor. 1798. & Paſcha Judaicum in 1. April. Quare ſi D. Doppelmayr ſibi cohæreat, illo die Paſcha celebrari non poterit: nam ideo juxta ipſum celebrari poteſt anno 1724. die 9. Apr. quia Paſcha judaicum cadit in diem præcedentem 8. cùm igitur anno 1798. hoc ipſum Paſcha judaicum cadat in 1. Apr. illo die Paſcha celebrare non poterunt; ſi autem rejiciant in aliam Dominicam ſequentem, tunc juxta terminum illorum paſchalem, quem affigunt 31. Martij, paſcha celebrabunt hebdomade 4. contra Canones. Hinc tot dubia

movet

movet in suis scriptis D. Gaupp. En quot difficultatibus se implicent Acatholici, dum nos ex principijs nostris nullam patimur, & summa cum pace per universum orbem Pascha celebramus!

§. XI

Cycli Gregoriani Bonitas.

39. Jam ut ad Cyclum nostrum, unde paulisper digressus fueram, iterum redeam, de illo & quocunque alio sic statuendum judico: imprimis uti ostendimus, requiri non potest, ut cyclus aliquis perfectè semper cælo respondeat, id enim est impossibile: requiritur ergo & sufficit ad bonitatem cycli, si quod hinc inde in minutijs erratum est, suo tempore compensetur, neque unquam per excessum aut defectum excrescat error, sed omnia ad suas sedes opportunè restituantur. Errabat cyclus solaris Julianus, quia sedem æquinoctij verni, quod

tempore Concilij Nicæni ferè accidebat 21. Martij, inde ſenſim ita ſubmovit, ut nunquam ad priſtinam diem reſtitueretur, ſed potius ad 10. dies excreverit error. Errabat cyclus Lunæ, quia numeri aurei indicabant neomenias, quando Luna fulgens in cælo jam altero & tertio die expandebat cornua: ita ut etiam hic error ſemper magis excreſceret. Cyclus autem Gregorianus nec ſinit æquinoctium à ſua ſede multùm dimoveri, nec Lunas 14. Paſchales à Plenilunijs medijs; ſique aliquando fiat aliqualis diſcrepantia per exceſſum aut defectum, opportunè ſuo tempore omnia reſtituit; unde non eſt cur rejiciatur. Habuit equidem cyclus noſter omni tempore adverſarios potiſſimùm Acatholicos, qui eidem vitia objicerent, ſed dum hæc volebant emendare, in errores incidebant majores. Tandem cùm irriti eſſent eorum conatus, & de concinnando meliore cyclo deſperarent, Acatholici intro-

duxere

duxere calculum astronomicum, rem planè novam & hactenus inusitatam! In multis tamen sub initium hujus sæculi Calendarium admisere Gregorianum, sed ad tempus tantùm, ut quidam dicunt, donec scilicet excogitetur modus Calendarij melioris construendi.

40. Ego autem existimo, in futurum etiam, vel non esse erroris periculum, vel si fortè post multa sæcula error aliquis adverteretur, eum facillimè emendatum iri, quin forma Calendarij immutaretur, adeóque vix sperari posse modum meliorem & Christianis in toto orbe magìs accomodatum; ad hoc ostendendum aliud non suppono, quàm motus Solis & Lunæ medios, quos Calendarij Reformatores supposuere; supposuerunt autem annum astronomicum medium esse dierum 365. hor. 5. 49. min. 12. sec, Lunationem mediam seu mensem Lunarem esse dier. 29. hor. 12. 44. m.

3. ſec. 10. t. 48. q. Hanc utramque ſuppoſitionem, uti non poſſumus ab omni omnino errore etiam minimo immunem aſſerere, ita nec alij poſſunt erroris alicujus inſimulare; & profectò errorem, ſi quis ſubeſt, minimum eſſe oportet, cùm intra 140. annos, qui à correctione Calendarij effluxerunt, necdum ſe prodiderit. His ſuppoſitis oſtendo imprimis cyclum ſolis Julianum fuiſſe exactè correctum.

35. Nam in hac ſuppoſitione annus Julianus dierum 365. & 6. horarum excedebat aſtronomicum 10. min. 48. ſec. Si hæc multiplicentur per annos 400. efficient præcisè dies tres: ergo ſi hos dies intra 400. annos omittimus, corrigimus exactè exceſſum, in quo peccabat Annus Julianus: atqui hoc facimus, dum ex 4. centenarijs tres facimus communes, & unum tantùm biſſextilem; cùm aliàs in Calend. Juliano omnes 4. eſ-

ſent

sent bissextiles: ergo in ijs quæ solem spectant, cyclus noster rectè correctus est. Et hæc regula videtur ex se aptissima & ad omnium captum accomodata; cùm enim anni centesimi sint valde notabiles, atque eandem inter se regulam observent, quam cæteri anni inter se, non videtur, correctionem potuisse fieri convenientiùs, & modum intercalandi aptiorem frustra sperari ab Adversarijs.

41. Ponamus jam, quod necdum probari potest, suppositionem nostram, quæ inter varias media est, aliquot minutis secundis excedere, & assumamus annum tropicum cælestem medium rotundè dierum 365. hor. 5. 49. m. qualem ferè definiunt Astronomi Parisienses: in hac suppositione annus discreparet ab illo, quem Reformatores supposuere, 12. secundis; igitur intra 5. annos esset apud nos excessus 1. minuti primi: & intra 300. annos unius horæ:. conse-

quen-

quenter error ſenſibilis in Calendario politico unius diei fieret primùm poſt annos 7200: & quàm facilè error tunc corrigeretur omittendo diem intercalarem in uno 4. anno centeſimo aliàs biſſextili, aut diem addendo in non biſſextili, in ſuppoſitione contraria: & tunc iterum per millenos aliquot annos ſalva forent omnia ſine tot tricis & diſputationibus, quæ ſæpiùs recurrere ſolent.

42. Jam ſi ad ea veniamus, quæ dependent à Luna, poſſem imprimis, ſi vellem eſſe fuſior, oſtendere, quàm aptè & ad mentem Concilij Nicæni diſpoſitæ ſint Epactæ, quàm prudenter inventæ earum æquationes, quàm ſolerter in Calendario novo concinnata ſint omnia. Deinde poſſem etiam ex menſe Lunari ſuperiùs præſuppoſito oſtendere, quàm accuratè cyclus Lunaris nunc & in annos ſequentes plurimos Lunas Paſchales indicet; non quidem eo ſenſu, quòd

æqua-

æqualiter quotannis cælo respondeant, sed quòd inæqualitates, sive per excessum sive per defectum, non augeantur, sed potius redeant suo tempore ad terminum medium. Hanc inquam accurationem ex mense Lunari præsupposito ostenderem, nisi Clavius in sua tabula festorum mobilium hoc me labore liberâsset; in ea siquidem tabula, in qua cyclus Solaris, Lunaris, Plenilunia media, Lunæ 14. Gregor. festa mobilia supputata visuntur usquè ad annum 5000. tam parum discriminis inter Lunas 14. & plenilunia media invenies in ultimis folijs ac in primis; nam ibi etiam uti per reliquam tabulam Lunæ 14. Gregor. sæpius plenilunia media paulatim antecedunt, sæpe eodem die concurrunt, quandoque non nihil consequuntur; nullibi autem notabilis est discrepantia, & suo tempore ad cælum redeunt omnia, quod plus quàm satis cycli bonitatem manifestat.

§. XII.

§. XII.

Hactenus dicta colliguntur & conclusio deducitur.

43. JAm paucis colligo omnia : juxta ſtatuta Conc. Nicæni & primorum Patrum Paſcha celebrari debet primo menſe, cujus nempe Luna 14. in æquinoctium incidit, aut proximè æquinoctium vernum ſequitur : non debet autem cum Judæis aut Quartadecimanis celebrari in ipsâ Lunâ 14. ſed die Dominico, qui proximè Lunam 14. ſequitur, hoc eſt, 3. hebdomade à Lunâ 15. ad 21. utrimque incluſivè. Ut porrò inveniatur tam æquinoctium quàm Luna 14. in ordine ad Paſcha, Eccleſia non adhibet calculum aſtronomicum, **als welcher niemahls in der Kirche gebräuchlich gewesen** / uti habetur in folijs impreſſis D. Joannis Gaupp, ſed potius ex plena & liberrima Auctoritate ad

ex-

exemplum Sapientissimarum quarumque nationum elegit computum cyclicum, ut in Calendario Civili & Ecclesiastico omissis litigandi occasionibus faciliores traderet regulas, æqualiter in toto terrarum orbe à Christianis observabiles: Ex cyclis autem non prodijt hactenus melior quàm Gregorianus, ut pote qui cælo, quantum natura cycli patitur, & statutis Ecclesiæ magìs congruit, & est ubique fidelibus ad Pascha summa cum pace & unitate celebrandum accomodatissimus; dum econtra adversarij suas sequendo regulas mille dubijs & difficultatibus implicantur, incidentes in Scyllam, dum cupiunt vitare Charybdin, uti patet vel ex impressis ipsorum folijs.

44. Quæ omnia cùm hactenus probata sint, ipsam quæ per se fluit, colligimus conclusionem: nempe longè satius esse, si alij quoque Methodo nostrâ computum ineant, & nobi-

§. XII.

Hactenus dicta colliguntur & concluſio deducitur.

43. Jam paucis colligo omnia: juxta ſtatuta Conc. Nicæni & primorum Patrum Paſcha celebrari debet primo menſe, cujus nempe Luna 14. in æquinoctium incidit, aut proximè æquinoctium vernum ſequitur: non debet autem cum Judæis aut Quartadecimanis celebrari in ipsâ Lunâ 14. ſed die Dominico, qui proximè Lunam 14. ſequitur, hoc eſt, 3. hebdomade à Lunâ 15. ad 21. utrimque incluſivè. Ut porrò inveniatur tam æquinoctium quàm Luna 14. in ordine ad Paſcha, Eccleſia non adhibet calculum aſtronomicum, **als welcher niemahls in der Kirche gebräuchlich geweſen /** uti habetur in folijs impreſſis D. Joannis Gaupp, ſed potius ex plena & liberrima Auctoritate ad

ex-

exemplum Sapientissimarum quarum-que nationum elegit computum cyclicum, ut in Calendario Civili & Ecclesiastico omissis litigandi occasionibus faciliores traderet regulas, æqualiter in toto terrarum orbe à Christianis observabiles: Ex cyclis autem non prodijt hactenus melior quàm Gregorianus, ut pote qui cælo, quantum natura cycli patitur, & statutis Ecclesiæ magìs congruit, & est ubique fidelibus ad Pascha summa cum pace & unitate celebrandum accomodatissimus; dum econtra adversarij suas sequendo regulas mille dubijs & difficultatibus implicantur, incidentes in Scyllam, dum cupiunt vitare Charybdin, uti patet vel ex impressis ipsorum folijs.

44. Quæ omnia cùm hactenus probata sint, ipsam quæ per se fluit, colligimus conclusionem: nempe longè satius esse, si alij quoque Methodo nostrâ computum ineant, & nobi-

scum

ſcum omnes Paſcha celebrent per orbem Chriſtiani, quod imprimis optavit & voluit Conc. Nicænum, ita ut ad hunc veluti finem, ferè colli-marent reliqua: Sic enim ait Con-ſtantinus Imperator in ſua epiſt. ad Eccleſias: *Verùm ut Summam rei bre-viter complectar, viſum eſt communi omnium judicio, Sacratiſſimum Paſcha-tis Feſtum uno eodémque die celebran-dum eſſe: neque enim in re tam ſancta & ſolenni ulla diſſenſio debet exiſtere.* Tum enimverò evaneſcent, quas ſibi proponunt, difficultates, non am-plius fluctuabunt incerti, nec opus erit toties convenire, ut de re deli-berent, quæ ſi aliquando ſtatuere-tur, uti oportet, nec toties vocare-tur in dubium, nec amplius tot indi-geret conſultationibus. Agitur hìc de unitate membrorum in Imperio, & omnium in orbe Chriſtianorum; faciendum eſt aliquid, ut hæc obti-neatur, præſertim cùm nihil peta-

tur,

tur, nisi quod facillimum est atque sapientissimum. Agitur de proprio illorum honore, qui sub initium hujus sæculi ad emendationem Calendarij sui convenêre; non equidem ego illos arguam ignorantiæ, quam nonnemo candidè fatetur in fundamentali Calendariorum discrimine his verbis: Anno 1701. hat man nicht gemeynt / daß die Calender Discrepanz so nahe seye / und schon Anno 1724. eintreffen wurde. Si tamen hanc in celebrando Paschate discrepantiam prævideruni, debuissent tunc, quando Calendarij emendationem profitebantur, ijs difficultatibus, quas nunc objiciunt, providere, aliàs lacerum dicetur illud Calendarium, quod statim resui debet. Quod si ulteriori manu non indigeat, ad quid sunt præsentes motus? utinam non eò tendant unicè, ut turbent unitatem & pacem, quâ hoc sæculo in temporum ratione fruebamur! Nec

eſt, quòd eos abſterreant latæ à Conc. Nicæno cenſuræ; illos abſolvit, atque ab omni metu liberat D. Joan. Gauppius, dum aſſerit, eos poſſe tutâ & ſalvâ conſcientiâ in celebrando Paſchate nobiſcum conſentire: hoc ipſum cum illo dicimus omnes.

45. At quò minus Gregorianis conſentiant, fortè rationes obſtant Politicæ, ad quas præcipuè oporteat attendere, ſic enim ſcribit D. Wolffius: Damit man in diſer Sache / bey der es mehr auff rationes Politicas und Eccleſiaſticas, als Aſtronomicas ankommet / einen Schluß faſſe. Igitur rationes Aſtronomicæ minus ponderis habent in hac re, quàm Politicæ & Eccleſiaſticæ: Eccleſiaſticæ autem, ut hactenus abundè probatum eſt, ad calculum aſtronomicum nos non obligant, neque diſſentit D. Gaupp. dum ait: So wurde es dem Gewiſſen weniger / als der hochen Auctori-

tät eines Hochlöbl. Corporis Evangelicorum entgegen seyn / den Consensum mit dem Gregorianischen Calender anzunemmen. Ergo solæ supersunt rationes politicæ, quatenus ageretur contra Præfatam Auctoritatem, si æquinoctium & plenilunium paschale non determinaretur ex tabulis Rudolphinis ad meridianum Uranoburgicum. At verò, si hæc ipsa Auctoritas, quæ sub initium sæculi voluit totidem dies expungi ex Calendario suo, quot erant necessarij, ut nobiscum convenirent in Gregoriano, nunc etiam ad pleniorem consensum vellet Festa quoque mobilia nobiscum celebrari; sicuti illud factum est, ita & istud fieret potius ex Auctoritate, quàm contra illam Auctoritatem: ut autem istud faciat hæc Auctoritas, iterum eædem rationes politicæ omnino suadent; suadent enim, ut in Imperio omnia Corporis Politici membra, quantum

fieri poteſt, conſentiant; nam finis Politicæ eſt bonum commune, pax, tranquillitas, membrorum unitas & felicitas publica, quæ utique meliùs per partium conſenſum, quàm per diſſenſum obtinetur: & hoc præſertim in re, de qua agimus, perpendi debet; *neque enim*, ajebat Conſtantinus, *in re tam ſancta & ſolenni ulla diſſenſio debet exiſtere.* Neque dicant, non eſſe rationem, cur illi potius ad nos, quàm nos ad illos accedamus; eſt enim ratio longè diverſa: nos enim, uti oſtendimus, in celebrando Paſchate regulas & antiquam Eccleſiæ conſuetudinem obſervamus; illi verò contra hanc conſuetudinem poſt 16. aut 17. primùm ſæcula nobis obtrudunt calculum aſtronomicum ex tabulis Rudolphinis ad meridianum Uranoburgicum: quis jam prior eſt, & potior jure? Rationes reliquæ, quas addit D. Wolff, non ſunt verè politicæ, cùm non tendant ad

bonum commune; ſed ducantur potius ex humano, eóque vano Particularium reſpectu: ſi aliunde conſtat nos bene agere, non eſt, cur aliquos multùm curemus aut timeamus: cùm nuper expuncti ſunt dies illi, qui diſcrepantiam cauſabant inter noſtrum & illorum Calendarium, Proteſtantes Theologos non terrebat Gregoriani Calendarij nomen, cur illos terreat hodie? Nec timuerunt triumphum, quem caneret Clerus Catholicus; non enim hìc agitur de pugnis & triumphis, ſed de pace Chriſtiana, quæ utinam inter nos omnes tam feliciter conſequatur in omnibus, quàm ſincerè illam exoptamus.

Omnia ad Majorem Dei Gloriam.

CHRISTIANUM
PASCHA

In

Calendario Gregoriano ritè
celebratum.

Authoris

P. JOSEPHI FALCK,

Societ. JESU,

OPUS POSTHUMUM

Cum Facultate Superiorum.

PEDE PONTI propè Ratisbonam
Sumptibus Joannis Gaſtl, Bibliopolæ, 1740.



PRÆFATIO AUTHORIS ad Lectorem.

CUm ante aliquot annos inter Proteſtantes in Imperio agitaretur quæſtio de Paſchate anni 1724, typis dedi animadverſiones aliquas, ut ego, quemadmodum faciebant alii, mentem meam exponerem. Ea porrò, in quibus diſſentiebant illi, reducebantur ad tria capita, quòd nempe aſſumerent Plenilunium pro termino Paſchali vero, & quòd adhiberent calculum Aſtronomicum rejecto Cyclico, atque hoc utrumque,

 quòd

quòd aſſererent eſſe, & fuiſſe mentem Concilii Nicæni & Primitivæ Eccleſiæ. In his ergo refellendis potiſſimum exigebatur opera noſtra. At quamvis Cyclum Gregorianum tunc quoque laudaverim, & adverſus variorum cavillationes defenderim: non tamen fuſiùs explicavi, ſed ſuppoſui, veluti rem ſufficienter notam. Suaſere poſtea amici, ut etiam hunc laborem in me ſuſciperem, aſſerentes, eſſe equidem authores, qui jam hoc fecerint, eorum tamen libros vel non eſſe ad manus, vel ita fuſos eſſe, ut nonniſi à paucis legerentur. Acceſſit præterea D. Henricus Wilhelmus à Franckenſtein, qui in ſua expoſitione Calendarii, anno 1724. Dresdæ typis vulgata, non dubitat aſſere-

re,

re, Mathematicos omnes, quotquot legit ipſe, ingenuè fateri, Calendarium Gregorianum, etiam prout à Clavio explicatum, Labyrinthum eſſe, tenebris ita involutum, & tot Mæandris implicatum, ut nemo ſe extricare valeat, niſi ſit Magiſter in Iſraël. Non equidem ego mihi hunc Titulum arrogo, ſed nec opus eſſe exiſtimo ad hoc, ut difficultates explanentur: & ſtatim adverto, diſtinguendum eſſe inter Praxin & Theoriam. Praxis, & Cyclorum noſtrorum uſus ita facilis eſt, ut intelligatur ab omnibus, qui noverint terminos artis. Theoria verò, & Cyclorum conſtructio difficilior fuit; cùm ex una parte debeant eſſe ad captum & commoditatem Fidelium; ex altera verò ſacris Canonibus, & Cœlo-

rum

rum motibus, quantum natura Cycli patitur, conſonare. Inde eſt, quòd Academia Regia Pariſienſis ad annum 1701, aſſerat, hujus generis opus eſſe tam amplum, quo majus nemo hactenus elaborandum ſuſcepit. At eſto, difficilis fuerit inventio, & artificium ſit planè admirandum, illius tamen intelligentia nonpoteſt eſſe obſcura; cùm ubique fundetur in ratione clara; nec aliud ſupponat, niſi ut quis Arithmeticam mediocriter calleat, & ſciat annum ſolarem medium ſupponi ex aſtronomia dierum 365. hor. 5. $49'$. $12''$. Menſem verò Synodicum, ſeu lunationem mediam eſſe dierum 29. hor. 12. $44'$. $3''$. $10'''$. $48''''$. His ego nitar fundamentis, & conabor pro viribus dilucidè rem totam exponere.

EX-



EXPLANATIO
Calendarii, tam Juliani, quàm Gregoriani.

PARS PRIMA.

De Temporum Ratione.

1. DUm Cœli & Sidera motibus ornatissimis enarrant gloriam Dei, simul mentes pascunt humanas altiùs assurgentes: cum verò præter utilitates innumeras, quas Reipublicæ humanæ afferunt, in eo finem quasi præcipuum repositum habent, ut *dividant diem ac noctem, & sint in signa & tempora, & dies & annos.* Genes. 1. Etenim cùm tempus sit ex Aristotele: *Numerus motûs secundùm prius & posterius*, nulla certè motûs istius mensura magis nota, universalis, ordinata,

conſtans ac perpetua haberi poteſt, quàm in ſiderum motu, ad quem omnis alia reduci debet. Porro duo potiſſimum conſiderari poſſent, 1. ipſa temporis ratio, 2. res in tempore geſtæ: ſub prima conſideratione hanc ſcientiam vocant Chronographiam, ſub ſecunda, Chronologiam, quanquam à multis duo hæc confundantur, quia connexa; ſæpe enim ipſam temporis rationem per res geſtas explicamus, utì Græci per Olympiades, Romani ab urbe condita &c. Nos reliquis omnibus miſſis, in præſenti Rationem Temporis breviter dilucidabimus, quantum quidem neceſſarium viſum fuerit ad Calendarii Gregoriani, quò nunc Dei Eccleſia utitur explanationem; quod ideò ſpecialius præ cæteris expendendum ſuſcepimus, tum ut quilibet intelligat, quæ aut præſcripta ſunt in Officio Eccleſiaſtico, aut inter Chriſtianos Catholicos uſui ſunt in tempore politico, tum ut habeat, quod reponat adverſariis quibusdam aliter ſentientibus.

CAP.

CAP. I.
De Tempore Politico.

1. TEmpus astronomicum ad ultimum rigorem exactum ad ipsas minutiarum minutias attendit semper: Politicum verò seu civile ad vulgi captum magis accommodatum est, ita ut procedat per revolutiones & numeros, quantum fieri potest, integros; neque tamen hìc existimandum est, hujus temporis mensuram posse ab imperitis pro libitu statui: ut enim exacta sit, ad leges astronomicas revocari debet, ita nempe, ut minutiæ, quæ hinc inde negliguntur, per dies aut numeros integros suo tempore, artificio sanè admirando, compensentur. Etsi porrò sidus quodlibet suo motu ordinatissimo exactam temporis mensuram præbeat, quia tamen duo Luminaria magna, Sol nempe & Luna, sunt omnibus notissima, fuêre illa communi quasi consensu, in temporis politici regulam assumpta, ita ut nulla sit, quod sciam, exculta natio, quæ non anno Solari vel Lunari, aut utroque simul utatur.

§. I.

De Diebus & Horis.

3. Dies civilis idem eſt ac naturalis, nempe tempus illud, quod in diurna revolutione Sol impendit, ut à circulo digreſſus ad eundem redeat, præſcindendo ab omni inæqualitate, de qua ſublimiùs Aſtronomi. Dies civilis non à meridie, uti faciunt Aſtronomi, ſed inchoatur communiter à media nocte, ita ut ad meridiem usque, 12. contineat horas æquales, & totidem à meridie uſque ad mediam noctem. In hoc pleræque nationes conveniunt, quamvis non omnes: Babylonii enim diem auſpicantur ab ortu Solis, ita ut tunc numeretur hora 24. & hora, quæ Solis ortum proximè conſequitur, ſit prima, dein ſecunda, & ita conſequenter uſque ad 24. Athenienſes olim, & hodie Itali procedunt modo contrario; horam enim 24. numerant in Solis occaſu. Quæ hanc ſequitur, dicitur prima, tum 2. &c. Nihilominus etiam iſti in feſtis, jejuniis, & aliis inchoant diem natu-

naturalem à media nocte, diémque in 24. horas partiuntur æquales, quas, utì Astronomi, subdividunt in 60. minuta prima, minutum primum in 60. secunda, minutum secundum in 60. tertia, &c.

4. Aliter horas numerabant Judæi, quos imitantur Turcæ: illi enim diem artificialem, seu tempus, quo Sol est supra horizontem, dividebant in 12. horas æquales, & in totidem dividebant noctem; hinc fiebat, ut tempore æstivo horæ nocturnæ breviores essent diurnis, & vicissim tempore hyberno, nocturnæ diurnis longiores. Istius horarum divisionis meminit Christus Joan. 11. *Nonne duodecim sunt horæ diei?* Et has distribuebant in stationes; horas verò noctis in 4. vigilias, quarum sæpiùs meminerunt Evangelistæ, utì Matth. 14. de Christo dicitur: *Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare.* Hinc colligitur, qua ratione sumi debeat, quod de Christo cruci affixo legitur Luc. 23. *Erat autem ferè hora 6. & tenebræ factæ sunt in universam terram usque in horam nonam.* Sexta etenim apud Judæos semper erat meridies; nona verò, quia Redemptor noster circa æquino-

ctium passus est, erat tunc eadem, ac apud nos tertia vespertina. Horæ Judaicæ à nonnullis vocantur Planetariæ, quòd ab Astrologis singulæ alicujus planetæ dominio addicantur. Alii horas planetarias tribuunt illi tempori, quod insumitur, ut medietas signi oriatur.


§. 2.

De Hebdomadis & Mensibus.

5. Hebdomas, ut nomen præsefert, septem dierum summâ continetur, apud omnes ferè nationes usitatissima: videtur Deum ipsum habuisse Auctorem, qui diei septimæ vacationem & sanctificationem indixit, quamvis non omnes eundem diem colant; Judæi quippe Sabbatum, Turcæ diem Veneris, Christiani Dominicum, alii colunt alium. In Calendario Ecclesiastico prima septimanæ dies ob Christi Resurrectionem dicitur Dominica, sequens feria 2. tum feria 3. 4. 5. 6. & ultima Sabbati nomen retinuit. Vulgus verò eas appellat ferè, uti olim faciebant Romani, ita ut prima dicatur dies Solis,

Solis, 2. dies Lunæ, & ita conſequenter juxta 7. Planetarum nomina. Quod ſi rationem hujus inter Planetas ordinis, jam ab antiquiſſimis temporibus obſervati, cupias, Dionem audi, qui eandem affert geminam.

6. Ratio 1. eſt harmonica, altera aſtrologica, utraque in Ægyptiaco planetarum Syſtemate fundata, qui ſupremo loco ſtaſtuebant ♄, dein ♃, tum ♂, ☉, ♀, ☿, & ☽, Diſponantur ergo juxta hunc ordinem planetæ in orbem, uti videre eſt in adjecto ſchemate; ſi jam juxta proportionem diateſſaron, ſeu quartam harmonicam, quam Muſicæ fundamentum credidere Veteres, percurrantur planetæ, incipiendo à Sole veluti principe, & omiſſis duobus, quartus per numerationem ſemper attingatur, invenies primum hebdomadæ diem eſſe Solis, alterum Lunæ, tertium Martis, & ita conſequenter, prout per hebdomadem diſpoſiti ſunt.



7. Alteram rationem intelliges, ſi ſcias Aſtrologos, cuilibet horæ diei planetam aſſignare, qui eidem dominetur; cùm igitur in hebdomade ſint horæ 168. qui numerus per 7. perfectè dividitur, his elapſis neceſſariò reditur ad totius revolutionis principium, & ad eaſdem horas atque dies. Diſpoſitis ergo uti prius planetis, ſi incipiamus à ☉, & numeremus ſucceſſivè horas 24. tribuendo primam Soli, ſecundam Veneri, tertiam ☿, &c. habebimus 1. diem primum debere vocari diem Solis, quia Sol primæ horæ hujus diei dominatur. 2. Innoteſcet planetæ cujuslibet dominium pro ſingulis diei horis. 3. Quia hora 25. quæ eſt prima diei 2.ª

cadit

cadit in Lunam, deducetur diem hunc dicendum esse diem Lunæ, & sic procedendo, singulorum hebdomodæ dierum nomenclatio obtinebitur, & singularum horarum in iis dominium, donec ad diem Solis iterum redeatur.

8. Mensis nomen derivatum videtur à voce græca μήνη, quia lunationem, quam mensem synodicum dicimus, proximè complectitur. Mensis continet saltem 4. hebdomadas: duodecim sunt menses in anno notissimi, alternatim ferè 31. & 30. dierum singuli, si Julium & Augustum excipias, in quo utroque numerantur successivè dies 31. quia Augustus Cæsar noluit esse Julio minor; hinc autem mutilari debuit februarius, qui proinde in anno communi continet duntaxat dies 28. in bissextili 29. Varia fuit apud varias Nationes alias mensium distributio, quantitas, nomen &c.

§. 3.

De Kalendis, Nonis & Idibus.

9. ANtiqui Romani, quos in Calendario Ecclesiastico, & Martyrologio

ſequitur Eccleſia, menſem tres in partes diſtribuebant, nimirum in Nonas, Idus, & Kalendas: primus cujuscunque menſis dies dicebatur Kalendæ à καλέω, voco, quia illo die populus Romanus vocabatur ad Capitolium, ubi pronunciabatur à minore Pontifice, quot dies à Kalendis ſupereſſent uſque ad nonas, quæ in quibusdam menſibus incidunt in diem 7. in aliis in diem 5. Idus verò in diem poſt nonas octavum, uti ſequentes verſus exprimunt.

Majus ſex Nonas, October, Julius & Mars,
Quatuor & reliqui: dabit Idus quilibet octo,

Senſus eſt, quòd Majus, October, Julius & Martius ſex dies habeant denominatos à Nonis; cùm ergo prima dies denominationem ſemper habeat à Kalendis, Nonæ in dictis menſibus incident in diem 7. In reliquis, quia nonæ habent tantùm 4. dies, cadent iſtæ in diem 5. Et quia poſt nonas Idus ſibi vendicant 8. dies, ubi nonæ fuerint in 5. die, Idus erunt in die menſis 13. ubi Nonæ fuerint in 7. Idus erunt in 15. die menſis.

10. Habemus igitur denominationem trium dierum in quolibet menſe, à quibus omnes

omnes denominantur reliqui, hoc modo: v. g. dum dicimus Kalendis Februarii, idem est, ac prima die Febr. ultimam verò Januarii exprimimus dicendo, pridie Calendas Februarii; penultimam, tertio Calendas Februarii; antepenultimam, quarto Calendas, seu ante Calendas februarias, & ita retrogradè procedendo usque ad diem Januarii 13. quam dicimus Idus, vel Idibus Januariis. Dies Januarii 12., quæ hanc antecedit, dicitur pridie Idus Jan. Undecima tertio Idus Jan. & ita usque ad diem 5. quæ dicitur Nonæ, vel Nonis Januarii. Quarta dein pridie Nonas Jan. tertia tertio Nonas: 2. quarto Nonas Jan. donec veniatur ad primam, quam Calendas Januarii nuncupamus. Idem tenor servatur in reliquis mensibus habita ratione ad Idus, Nonas, & Kalendas, ut videre est in Calendario Rom. Ecclesiastico.

§. 4.

De Anno Solari.

11. ANnum dicimus tempus illud, quod Sol impendit, ut percurrat 12. signa Zodiaci, síque astronomicè considere-

retur,

retur, eſt dierum 365. hor. 5. 49. proximè. Tantam præciſionem non habebant Antiqui, unde illum ſtatuebant 365. dierum præciſè. At cùm error hic eſſet in horis, non potuit non eſſe brevì ſenſibilis, dum quotannis annus novus inchoaretur ferè 6. horis, antequam prior effluxiſſet, ut adeò intra 4. annos, uno ferè die ſolarem annum anteverterent. Hæc res advertit Julium Cæſarem, non minùs in militaribus & politicis, quàm in Mathematicis verſatiſſimum. Uſus igitur operâ Soſigenis juſſit ille velut orbis Dominus, 1. ut ſupplerentur dies intercalares ſuperioribus annis omiſſi: proinde ut Pompiliano ſeu Lunari præter menſem intercalarem 23. dierum, adderentur adhuc dies 67. unde annus ille fuit dierum 445. *annus confuſionis* dictus, reſpondens anno ante Chriſtum 47. & 46. Dein voluit, ut annus novus initietur à Bruma; unde illud Ovid. 1. faſt. *Bruma novi prima eſt, veterisque noviſſima Solis.* Et primus annus Julianus, ante Chriſtum 45. cæpit Calendis Januarii. 3. Ut deinceps quarto quoque anno intercalaretur dies, & tunc annus fieret dierum 366. quia ſcilicet 6. horæ

quatuor annis communibus neglectæ diem efficiunt Calendario inserendum, ut annus politicus cum astronomico consentiat: cúmque dies ille insereretur mensi Februario post diem 24. in qua dicebatur sexto Calendas Martias, effectum est, ut etiam die 25. dicendum esset sexto Calendas Martias, atque ita annus iste bissextilis diceretur, reliqui autem dicerentur anni communes.

12. Qualem porrò ex annis post correctionem voluerit esse bissextilem primum Julius, non constat, eò quòd Pontifices Ethnici mentem & regulas Julii Cæsaris non observârint, donec Augustus edicto & tabulis æri incisis Calendarium ad pristinam formam revocârit, de quo Suetonius cap. 31. *Annum à D. Julio ordinatum, sed postea negligentiâ conturbatum, atque confusum, rursus ad pristinam rationem redegit, in cujus ordinatione sextilem mensem ex suo cognomine nuncupavit.* Colligit autem Ricciolius ex fastis consularibus, annum Julianum 53. Epochæ Christi octavum, bissextum fuisse, atque adeò primum annum ante æram Christianam fuisse, aut debuisse bissex-

bissextilem esse, & hunc intercalandi modum supposuit & assumpsit Ecclesia.

13. Annus iste Julianus diu viguit in Ecclesia DEI, atque etiamnum viget inter plures, qui secundam correctionem Gregorianam nondum receperunt. Etsi autem Julius Cæsar Calendarium magno errore purgaverit, per excessum tamen incidit in alium, longè minorem quidem, successu tamen temporis sensibilem, dum addendo qnotannis 6. horas supra dies 365. plus justo addidit, ut defectum compensaret. Quare annus iste bissextilis, qui in forma Juliana quaternis annis redibat, debuit interdum fieri communis, ut annus politicus cum astronomico consentiret, ubì dicemus, ubi de castigatione Calendarii Gregoriana.

§. 5.
De Mensibus, & Annis Lunaribus.

14. ANnum lunarem sumunt aliqui, utì Turcæ, sine respectu ad annum solarem; alii cum aliquo ad istum respectu

ſtu, uti olim Græci, & nunc Sinenſes. Ut hæc explicentur, revocandum eſt in memoriam, menſem lunarem ſynodicum medium aſtronomicè ſumptum conſtare dieb. 29. hor. 12. 44^{I}. 3^{II}. 10^{III}. 48^{IV}. ſíque ſumantur 12. hujuſmodi menſes, fiet annus lunaris ſtrictè ſumptus. Verùm cùm vulgus non ſciat tales minutias diſtinguere, menſes lunares politicos ex diebus integris componit, nempe ut propter horas 12. alternis vicibus menſes lunares diebus conſtent 30. & 29. atque ita menſes ſint alternatim pleni & cavi. Quia verò ſuperſunt præterea 44^{I}. 3^{II}. &c. quæ intra 33. ferè menſes diem efficiunt, lunationi cavæ tunc additur dies unus, ut ad motum aſtronomicùm revocetur. Igitur annus lunaris, ſine reſpectu ad ſolarem, conſtans ſex lunationibus plenis, & totidem cavis, erit communiter dierum 354. & ſubinde 355. Quare brevior eſt anno ſolari communi 11. diebus, biſſextili diebus 12. Hinc fit, ut annus Turcarum verſus initium anni Juliani retrocedat, & circiter intra 33. annos illum totum percurrat, unúmque ſupra nos annum numerent.

15. Hæc anni ſpecies purè lunaris eſt: qui verò annum lunarem cum ſolari quodammodo componere nituntur, annos lunares duplicis habent generis, communes nempe, & emboliſmicos. Annus communis numerat 12. lunationes, plenas & cavas, uti dictum eſt, proinde ſumptus politicè eſt dierum 354. ſubinde 355. aſtronomicè verò D. 354. h. 8. 48^{I}. 38^{II}. 10^{III}. 6^{IV}. Emboliſmicus habet lunationes 13. éſtque proinde ſumptus aſtronomicè Dierum 383. hor. 21. 32^{I}. 41^{II}. 20^{III} 57^{IV}. Politicè verò dierum 384. interdum 383. quorum ille plenus, iſte cavus dicitur. Hæc 13. lunatio anno lunari inſeritur, ut annus lunaris ad ſolarem revocetur: cùm enim poſt 12. lunationes ſuperſint in anno ſolari 11. dies, qui intra tres annos faciunt dies 33. neceſſum eſt, ut tunc lunatio integra inſeratur, retentis 3. diebus, qui ſequentibus reſiduis addendi ſunt continuè, donec iterum conficiant lunationem intercalarem, ex qua fiat annus emboliſmicus, per quem ad annum ſolarem redeatur. Hoc modo anni lunares ſunt

inter

inter ſe valde inæquales, atque etiam difficultas magna eſt illos per cyclum perfectè reducendi ad annum ſolarem, ùt fuſiùs dicetur cap. ſeq.

Cap. II.

De Cyclis in Calendario veteri.

16. Cùm ratio temporum aſtronomica in minutiarum minutiis poſita, ad Vulgi captum & uſum inepta ſit, communi quaſi Gentium conſenſu aſſumptus eſt in uſus civiles computus politicus, qui procedit per revolutiones & numeros, quantum fieri poteſt, integros: unde anni & menſes, ſolares & lunares definiuntur politicè per dies ſolidos; ita tamen ut quia hoc modo anni & menſes politici quandoque per exceſſum aut defectum ab aſtronomicis diſcrepant, hic exceſſus aut defectus, addendo vel demendo diem, opportuno tempore compenſetur, prout minutiæ aſtronomicæ hinc inde neglectæ exigunt, atque ita tempus politicum iterum cum aſtronomico conſentiat. Hinc inventi ſunt cycli, qui hunc annorum & menſium ordinem, atque in iis numerum die-

atque adeo alia erit hoc anno Dominicalis littera, quàm fuerit anno præterito, nempe illa, quæ priorem proximè antecedit ex illis septem, quæ ex alphabeto assumptæ sunt ad indicandos hebdomadæ dies; v. g, si hoc anno littera Dominicalis esset A, anno sequente esset G, deinde F; atque ita singulis annis communibus ad inveniendam Dominicam unâ litterâ retroceditur. Si tamen omnes anni communes essent, post septem annos dies Dominica ad eandem litteram, atque eundem diem rediret, atque adeo ex primo capite cyclus Solis 7. annis absolveretur.

19. Sed quia quartus quilibet annus est bissextilis, in quo præter 52. hebdomades duo supersunt dies, dictus ordo necessariò ex alio capite interrumpendus est; unâ etenim littera retroceditur tali anno in principio Januarii, & aliâ ad finem Februarii, postquam nimirum additus est dies intercalaris mensi Februario, atque ita annus bissextilis duas litteras Dominicales sibi vendicat. Quare ut habeantur omnes combinationes in forma Juliana possibiles, & ex iis constituatur series & ordo, quo finito redeatur ad principium, multiplican-

dus

TAB. I.
ad pagin. 21.
Cyclus Solis in annis Julianis
pro Calendario veteri.

1	—	—	GF
2	—	—	E
3	—	—	D
4	—	—	C
5	—	—	BA
6	—	—	G
7	—	—	F
8	—	—	E
9	—	—	DC
10	—	—	B
11	—	—	A
12	—	—	G
13	—	—	FE
14	—	—	D
15	—	—	C
16	—	—	B
17	—	—	AG
18	—	—	F
19	—	—	E
20	—	—	D
21	—	—	CB
22	—	—	A
23	—	—	G
24	—	—	F
25	—	—	ED
26	—	—	C
27	—	—	B
28	—	—	A

retur, est dierum 365. hor. 5. 49. proximè. Tantam præcisionem non habebant Antiqui, unde illum statuebant 365. dierum præcisè. At cùm error hic esset in horis, non potuit non esse brevi sensibilis, dum quotannis annus novus inchoaretur ferè 6. horis, antequam prior effluxisset, ut adeò intra 4. annos, uno ferè die solarem annum anteverterent. Hæc res advertit Julium Cæsarem, non minùs in militaribus & politicis, quàm in Mathematicis versatissimum. Usus igitur operâ Sosigenis jussit ille velut orbis Dominus, 1. ut supplerentur dies intercalares superioribus annis omissi: proinde ut Pompiliano seu Lunari præter mensem intercalarem 23. dierum, adderentur adhuc dies 67. unde annus ille fuit dierum 445. *annus confusionis* dictus, respondens anno ante Christum 47. & 46. Dein voluit, ut annus novus initietur à Bruma; unde illud Ovid. 1. fast. *Bruma novi prima est, veterisque novissima Solis.* Et primus annus Julianus, ante Christum 45. cæpit Calendis Januarii. 3. Ut deinceps quarto quoque anno intercalaretur dies, & tunc annus fieret dierum 366. quia scilicet 6. horæ

qua-

quatuor annis communibus neglectæ diem efficiunt Calendario inserendum, ut annus politicus cum astronomico consentiat: cúmque dies ille insereretur mensi Februario post diem 24. in qua dicebatur sexto Calendas Martias, effectum est, ut etiam die 25. dicendum esset sexto Calendas Martias, atque ita annus iste bissextilis diceretur, reliqui autem dicerentur anni communes.

12. Qualem porrò ex annis post correctionem voluerit esse bissextilem primum Julius, non constat, eò quòd Pontifices Ethnici mentem & regulas Julii Cæsaris non observârint, donec Augustus edicto & tabulis æri incisis Calendarium ad pristinam formam revocârit, de quo Suetonius cap. 31. *Annum à D. Julio ordinatum, sed postea negligentiâ conturbatum, atque confusum, rursus ad pristinam rationem redegit, in cujus ordinatione sextilem mensem ex suo cognomine nuncupavit.* Colligit autem Ricciolius ex fastis consularibus, annum Julianum 53. Epochæ Christi octavum, bissextum fuisse, atque adeò primum annum ante æram Christianam fuisse, aut debuisse

bissex-

bissextilem esse, & hunc intercalandi modum suppofuit & assumpsit Ecclesia.

13. Annus iste Julianus diu viguit in Ecclesia DEI, atque etiamnum viget inter plures, qui secundam correctionem Gregorianam nondum receperunt. Etsi autem Julius Cæsar Calendarium magno errore purgaverit, per excessum tamen incidit in alium, longè minorem quidem, successu tamen temporis sensibilem, dum addendo qnotannis 6. horas supra dies 365. plus justo addidit, ut defectum compensaret. Quare annus iste bissextilis, qui in forma Juliana quaternis annis redibat, debuit interdum fieri communis, ut annus politicus cum astronomico consentiret, ubì dicemus, ubi de castigatione Calendarii Gregoriana.

§. 5.

De Mensibus, & Annis Lunaribus.

14. ANnum lunarem sumunt aliqui, utì Turcæ, sine respectu ad annum solarem; alii cum aliquo ad istum respe-

ctu

ſtu, utì olim Græci, & nunc Sinenſes. Ut hæc explicentur, revocandum eſt in memoriam, menſem lunarem ſynodicum medium aſtronomicè ſumptum conſtare dieb. 29. hor. 12. 44^{I}. 3^{II}. 10^{III}. 48^{IV}. ſíque ſumantur 12. hujusmodi menſes, fiet annus lunaris ſtrictè ſumptus. Verùm cùm vulgus non ſciat tales minutias diſtinguere, menſes lunares politicos ex diebus integris componit, nempe ut propter horas 12. alternis vicibus menſes lunares diebus conſtent 30. & 29. atque ita menſes ſint alternatim pleni & cavi. Quia verò ſuperſunt præterea 44^{I}. 3^{II}. &c. quæ intra 33. ferè menſes diem efficiunt, lunationi cavæ tunc additur dies unus, ut ad motum aſtronomicùm revocetur. Igitur annus lunaris, ſine reſpectu ad ſolarem, conſtans ſex lunationibus plenis, & totidem cavis, erit communiter dierum 354. & ſubinde 355. Quare brevior eſt anno ſolari communi 11. diebus, biſſextili diebus 12. Hinc fit, ut annus Turcarum verſus initium anni Juliani retrocedat, & circiter intra 33. annos illum totum percurrat, unúmque ſupra nos annum numerent.

15. Hæc anni ſpecies purè lunaris eſt: qui verò annum lunarem cum ſolari quodammodo componere nituntur, annos lunares duplicis habent generis, communes nempe, & emboliſmicos. Annus communis numerat 12. lunationes, plenas & cavas, uti dictum eſt, proinde ſumptus politicè eſt dierum 354. ſubinde 355. aſtronomicè verò D. 354. h. 8. 48^{I}. 38^{II}. 10^{III}. 6^{IV}. Emboliſmicus habet lunationes 13. éſtque proinde ſumptus aſtronomicè Dierum 383. hor. 21. 32^{I}. 41^{II}. 20^{III} 57^{IV}. Politicè verò dierum 384. interdum 383 quorum ille plenus, iſte cavus dicitur. Hæc 13. lunatio anno lunari inſeritur, ut annus lunaris ad ſolarem revocetur: cùm enim poſt 12. lunationes ſuperſint in anno ſolari 11. dies, qui intra tres annos faciunt dies 33. neceſſum eſt, ut tunc lunatio integra inſeratur, retentis 3. diebus, qui ſequentibus reſiduis addendi ſunt continuè, donec iterum conficiant lunationem intercalarem, ex qua fiat annus emboliſmicus, per quem ad annum ſolarem redeatur. Hoc modo anni lunares ſunt

inter

inter ſe valde inæquales, atque etiam difficultas magna eſt illos per cyclum perfectè reducendi ad annum ſolarem, ùt fuſiùs dicetur cap. ſeq.

Cap. II.

De Cyclis in Calendario veteri.

16. Cùm ratio temporum aſtronomica in minutiarum minutiis poſita, ad Vulgi captum & uſum inepta ſit, communi quaſi Gentium conſenſu aſſumptus eſt in uſus civiles computus politicus, qui procedit per revolutiones & numeros, quantum fieri poteſt, integros: unde anni & menſes, ſolares & lunares definiuntur politicè per dies ſolidos; ita tamen ut quia hoc modo anni & menſes politici quandoque per exceſſum aut defectum ab aſtronomicis diſcrepant, hic exceſſus aut defectus, addendo vel demendo diem, opportuno tempore compenſetur, prout minutiæ aſtronomicæ hinc inde neglectæ exigunt, atque ita tempus politicum iterum cum aſtronomico conſentiat. Hinc inventi ſunt cycli, qui hunc annorum & menſium ordinem, atque in iis numerum

 dic-

dierum indicarent, donec post aliquos annorum revolutiones iterum astronomicè restituerentur omnia, & cycli eodem iterum tenore fluerent: hinc dicitur, quod cyclus sit certus annorum numerus in orbem rediens, quo tanquam fido custode intacta servatur fides temporum. Triplex cyclus erat olim, & etiamnum est in usu, sed adhibita correctione aliqua: Cyclus nempe solaris, & ei respondens litterarum Dominicalium ordo, ut numerus dierum per annum, & per anni menses initium cujusque hebdomadæ, seu dies Solis in Calendariis exhiberetur. 2. Cyclus lunaris cum numero aureo, ut per annum indicarentur novilunia, seu mensium lunarium initia, atque in iis dierum ordo. 3. Cyclus Indictionis, qui apud Romanos erat in usu ad pensitationem tributorum.

§. I.

De Cyclo Solari, & Litteris Dominicalibus.

17. Cyclus solaris inventus est ad exhibendum per litteras Dominicales initium

initium cujusque hebdomadæ, seu diem Solis, aut diem Dominicum: eum in finem assumptæ sunt primæ septem Alphabeti Litteræ, quot nempe sunt in hebdomade dies; unde si innotescat, qualis ex iis sit littera Dominicalis, reliquæ sex ordine sequentes in Calendario indicabunt dies reliquos in hebdomade. Jam si annus solaris præcisè constaret diebus 364. qui exactè dividi possunt per 7. ita ut facta divisione prodeant præcisè 52. hebdomades, tunc, inquam, non opus esset cyclo solari; dies enim Solis seu Dominicus, consequenter & reliqui in eosdem anni dies inciderent semper, eósque eadem semper littera denotaret: quod in Calendario Juliano fieri non potest duplici ex capite.

18. I. Quia annus communis constat 365. diebus; unde facta divisione per 7. prodeunt 52. hebdomades, & superest dies unus. Hinc si prima dies hujus anni sit dies Solis, etiam dies ultima, dies Solis erit: igitur prima dies anni sequentis non jam erit dies Solis, sed dies Lunæ; consequenter littera, quæ primæ diei Januarii in Calendario affigitur, non amplius indicabit diem Solis, sed diem Lunæ,

 atque

atque adeo alia erit hoc anno Dominicalis littera, quàm fuerit anno præterito, nempe illa, quæ priorem proximè antecedit ex illis septem, quæ ex alphabeto assumptæ sunt ad indicandos hebdomadæ dies; v. g, si hoc anno littera Dominicalis esset A, anno sequente esset G, deinde F; atque ita singulis annis communibus ad inveniendam Dominicam unâ litterâ retroceditur. Si tamen omnes anni communes essent, post septem annos dies Dominica ad eandem litteram, atque eundem diem rediret, atque adeo ex primo capite cyclus Solis 7. annis absolveretur.

19. Sed quia quartus quilibet annus est bissextilis, in quo præter 52. hebdomades duo supersunt dies, dictus ordo necessariò ex alio capite interrumpendus est; unâ etenim littera retroceditur tali anno in principio Januarii, & aliâ ad finem Februarii, postquam nimirum additus est dies intercalaris mensi Februario, atque ita annus bissextilis duas litteras Dominicales sibi vendicat. Quare ut habeantur omnes combinationes in forma Juliana possibiles, & ex iis constituatur series & ordo, quo finito redeatur ad principium, multiplicandus

dus

TAB. I.
ad pagin. 21.
Cyclus Solis in annis Julianis
pro Calendario veteri.

1	—	—	GF
2	—	—	E
3	—	—	D
4	—	—	C
5	—	—	BA
6	—	—	G
7	—	—	F
8	—	—	E
9	—	—	DC
10	—	—	B
11	—	—	A
12	—	—	G
13	—	—	FE
14	—	—	D
15	—	—	C
16	—	—	B
17	—	—	AG
18	—	—	F
19	—	—	E
20	—	—	D
21	—	—	CB
22	—	—	A
23	—	—	G
24	—	—	F
25	—	—	ED
26	—	—	C
27	—	—	B
28	—	—	A

dus eſt numerus 7. per 4. numerum ann. biſſext, productum enim 28. dabit omnes mutationes, quæ accidere poſſunt in litteris Dominicalibus, atque adeo 28. annis abſolvetur cyclus ſolaris cum omnium litterarum Dominic. revolutione, quâ finitâ redibitur ad principium, & denuo idem ordo ſervabitur, ùt videre eſt in numeris & litteris appoſitis tabulæ I. ad hanc paginam.

20. Ad pleniorem hujus cycli intelligentiam, notandum 1. Litteras Alphabeti ſeptem ita eſſe per Calendarium diſpoſitas, ut prima Januarii ſit A, ſecunda B, & ita ordinatim uſque ad ultimam Decembr. quæ iterum eſt A. Unde datâ litterâ Dom. videtur in anno communi uno quaſi intuitu, in quem diem menſis incidant omnes Dominicæ, conſequenter & reliqui dies hebdomadæ. In anno autem biſſextili, cùm dies intercalaris inſeratur, aut inſeri concipiatur poſt 24. Februarii dies 25., in quem tali anno transfertur Feſtum S. Matthiæ, intelligitur eandem habere litteram, ac dies 24. vel nullam, ut poſtea retrogrediendo per litteras tranſeatur ad litteram Dominicalem alte-

ram, ita ut si in principio Januarii littera Dom. sit E, eadem post diem intercalarem sit D, usque ad finem anni.

21. Notandum 2. Cyclum solarem in Calendariis per orbem, præsertim Christianum, communi consensu ita fuisse ab antiquissimis jam temporibus dispositum, ut annus Christi primus habuerit numerum cycli X. consequenter nono ante hunc æræ Christianæ primum anno erat unitas, ad quam elapsis 28. annis redibatur semper, ut nova cycli solaris revolutio inchoaretur, atque ita factum est in hodiernam usque diem, & adhuc fiet ulterius. Notandum 3. Ex eodem communi consensu litteras Dom. respondisse numeris cylci solaris, prout in priori tabella notatæ sunt; unde quia annus Christi primus habebat numerum cycli 10. ejusdem anni littera Domin. fuit B, & hæc tabella in Calendario Juliano foret perpetua; at verò post correctionem Calendarii interruptus est hic litterarum Domin. ordo, ùt inferiùs explicabitur: revolutiones tamen cycli solaris per numeros 28. eodem adhuc modo continuantur, & posthac continuabuntur; sed iis post emendationem Calendarii respon-

respondent litteræ Domin. aliæ, de quibus suo loco.

§. 2.

De Cyclo Lunari, & Numero Aureo.

22. QUoniam per num. 15. Annus lunaris anno solari non æqualis est, potissima Antiquorum cura fuit, ut post aliquot revolutiones ita per cyclum ad æqualitatem revocaretur, ut annus solaris & lunaris denuo simul inciperent. Inter illos felicissimus fuit Meton Atheniensis, qui floruit, anno ante Christum 431. is enim adinvenit ἐννεαδεκα ετηριδα, seu cyclum Lunæ Decennovennalem, quo absoluto novilunia ad eundem anni solaris diem restituebantur, peractis nempe 235. lunationibus; cùm enim lunatio media contineat Dies 29. h. 12. 44. 3. 11. lunationes 235. comprehendent dies 6939. h. 16. 32. 28. 5. Atqui 19. anni Juliani conficiunt etiam dies 6939. hor. 18. Ergo his elapsis novilunia restituuntur ad eundem diem.

23 Non tamen reſtituuntur ad eandem horam, ſed aliquanto prius, nimirum hora 1. 27^{I}. 31^{II}. 55^{III}. quanta ſcilicet eſt differentia inter 18. horas, & horas 16. 32^{I}. 28^{II}. 5^{III}. Atque ita intra annos 312$\frac{1}{2}$. anticipatio erit unius diei integræ, quod vel non advertit Meton, quia tunc temporis ſyderum motus non erant adeo accuratè cogniti, vel uti minutias neglexit, quæ tamen ſucceſſu temporis in magnum errorem excreverunt. Id autem imprimis hic notandum eſt, hanc anticipationem intra annos 312$\frac{1}{2}$. eſſe unius diei, conſequenter 2. dierum integrorum intra annos 625. & quidem præcisè, ita ut differentia nec fortè ſit in aliquot min. ſecundis, quod non modo commodiſſimum eſt ad concinnandas æquationes Gregorianas, uti explicabitur n. 102. & ſeq ſed etiam ita exactum, ut per eas cyclus lunaris perfectè cœlorum motui reſtituatur, nec ſubtilior aſtronomia majorem ſuppeditet accurationem, ùt loquuntur Academici Pariſienſes in ſua hiſtoria ad annum 1704.

24. Quæret hic aliquis ad pleniorem hujus

hujus cycli intelligentiam, quo pacto 19. anni contineant lunationes 235. non tantùm astronomicas, ùt primùm ostendimus, sed etiam civiles, quibus Meton & alii in suis cyclis usi sunt, cùm tamen in istis illa 44^{I}. 3^{II}. 11^{III}. omittantur? Ad hoc R. illas minutias per annos bissextiles, & lunationes embolismicas bellissimè compensari, in quo elucet insigne Metonis artificium, quod sic explico: si neglectis minutiis omnes 235. lunationes essent alternatim 30. & 29. dierum, seu singulæ dierum $29\frac{1}{2}$. esset in toto cyclo numerus dierum 6932. hor. 12. Consequenter tantus esset defectus à 235. lunationibus mediis astronomicis, quantum conficiunt minutiæ, seu 44^{I}. 3^{II}. 11^{III}. per 235. multiplicatæ, nimirum dierum 7. h. 4. 32^{I}. 28^{II}. 5^{III}. Sed hic defectus compensatur 1. quia ex his 235. lunationibus septem sunt Embolismicæ, quæ propter 11. dies in communi anno solari residuos, ùt diximus num. 15. suo tempore interserebantur, nimirum annis cycli 3. 6. 8. 11. 14. 17. 19. & istæ non erant alternæ 30. & 29. dierum, sed

ſex priores continebant dies 30. & ultima 29. tantùm ; ergo propter quinque primas 30. dierum locò 29½. ſingulas, prior defectus jam compenſatur per dies 2. h. 12. Compenſatur 2. quia cùm in annis biſſext. menſe Febr. intercalatur dies, etiam illius menſis lunatio fit uno die major ; ergo propter 4. annos biſſext. in annis 19. accedunt intra ambitum cycli lunaris 4. dies alii. Præterea cùm adhuc ſuperſint 3. anni, quibus debentur 18. horæ intercalares, habemus ſummam dierum 7. & hor. 6. quibus Meton ſuperabundanter compenſavit defectum minutiarum in ſingulis lunationibus civilibus neglectum: compenſavit nempe per exceſſum horæ $1.\ 27^{I}.\ 31^{II}.\ 55^{III}.$ ùt vidimus num. 23.

25. Patet ergo, quomodo ex mente Metonis cyclus decennovennalis contineat 235. lunationes politicè ſumptas, quas putabat 19. annis ſolaribus æquari ; nimirum 228. lunationes alternatim 30. & 29. dierum, conficiunt dies 6726. ſeptem lunationes aliæ emboliſmicæ, quarum ſex ſunt 30. dierum & ultima 29. conficiunt dies 209. qui prioribus additi dant dies

6935.

6935. Adde nunc 4. dies & 18. horas intercalares, quæ suo tempore prioribus lunationibus quasi inadvertenter inseruntur, & habebis summam dierum 6939. cum horis 18. & tot præcisè dies & horas continent 19. anni Juliani. Sed ùt jam dixi num. 23. hic modus computandi politicus, licèt ingeniosus, non omnino convenit cum calculo astronomico, qualis saltem hoc ævo ex perfectiore motuum cœlestium cognitione deducitur.

26. Quæres iterum: an non saltem hæc periodus annorum lunarium æquetur 19. annis Gregorianis astronom. qui sunt duntaxat 365. dierum, hor. 5. 49^{I}? R. negativè: etenim 19. anni Gregoriani habent dies 6939. h. 14. 11^{I}. Periodus autem lunaris decennovennalis habet (per num. 22.) dies 6939. hor. 16. 32^{I}. 28^{II}. 5^{III}. ergo dissidium est plus quàm duarum horarum, majus sanè, quàm fuerit per comparationem ad annos Julianos; sed contrario sensu, ita ut Periodus lunaris superet 19. annos Gregor. deficiat à 19. annis Jul. adeoque hìc anticipentur novilunia, ibi retardentur.

Nu-

Numerus Aureus.

27. NUmerus aureus eſt ille, qui indicat, quotus currat cycli Lunæ Annus; cùm enim Veteres comperiſſent novilunia tranſactis 19. annis ad eosdem dies reverti, deſcripſerunt in Calendario totidem numeros ab 1. uſque ad 19. quos aureos dixerunt, vel propter eorum excellentiam, vel quia aureis litteris notabantur. Hæc deſcriptio fieri potuit hoc modo: aſſumpto quocunque anno pro initio cycli v. g. anno 285. obſervarunt, quibus anni & menſium diebus contingerent novilunia, ibidémque appoſuerunt numerum aureum I. utì 23. Januarii 21. Febr. 23. Mart. &c. Idem obſervarunt anno ſequenti, & diei, in quo accidebant novilunia, appoſuerunt Num. Aur. II. Idem præſtiterunt annis ſequentibus, donec abſolutus eſſet decennovennalis cyclus; tunc enim novilunia redibant ad dies numero I. notatos: unde dato numero Aureo, uno quaſi aſpectu detegebantur totius anni novilunia, conſequenter & menſium lunarium initia. En fragmentum Calendarii prout erat in uſu, etiam

in

TAB. II. & III.
ad Pag. 29.

Januarius.			Martius.		Aprilis.	
Aurei numeri	Lit. Dom.	Dies Menſis	Aurei numeri	Lit. Dom.	Aurei numeri	Lit. Dom.
III	A	1	III	d		g
	b	2		e	XI	A
XI.	c	3	XI	f		b
	d	4		g	XIX	c
XIX	e	5	XIX	A	VIII	d
VIII	f	6	VIII	b	XVI	e
	g	7		c	V	f
XVI	A	8	XVI	d		g
V	b	9	V	e	XIII	A
	c	10		f	II	b
XIII	d	11	XIII	g		c
II	e	12	II	A	X	d
	f	13		b		e
X	g	14	X	c	XVIII	f
	A	15		d	VII	g
XVIII	b	16	XVIII	e		A
VII	c	17	VII	f	XV	b
	d	18		g	IIII	c
XV	e	19	XV	A		d
IIII	f	20	IIII	b	XII	[illegible]

em
um
II.
ba-
hoc
ſo-
nno
us:
Ca-
hæc
nte
au-
ad-
en-
ita
iatè
iatè
um
hic
i in
m,
uiſ-
re-

27.

An
no
die
tot
aur
cel
bar
mc
init
qui
ren
nu
Fel
anr
no
Ide
nec
clu
die
ro
tur
8

in

in Ecclesia DEI, usque ad correctionem Calendarii. Tab. 2.

28. Ubi patet 1. Numerum Aureum proximè majorem, anteire minorem 11. diebus: sic in Januario Num. I. ponebatur 23.ª Num. II. 12.ª Num. III. 1.ª Et hoc propter 11. circiter dies, quibus annus solaris lunarem superat; unde fit, ut anno seq. novilunia accidant citiùs 11. diebus: & hæc dispositio erat ferè per totum Calendarium exceptis paucis locis, ubi hæc erat dierum 10. rarissimè 12. ita exigente natura cycli. Patet 2. quòd numerus aureus proximè sequens generetur per additionem 8. & proximè antecedens addendo 11. rejectis quoties fieri potest 19. ita tamen ut minor subscribatur immediatè majori, major autem non nisi mediatè relicto die vacuo: & hoc ferè per totum Calendarium.

29. Porrò quandocunque demum hic cyclus inceperit, cùm initium ejus, uti in cyclo solari, fuerit prorsus arbitrarium, reperimus annum primum Christi habuisse num. aureum II. adeoque una ejus revolutio incepit anno præcedente æram Christianam, elapsísque 19. annis incepit

ali-

rum post Resurrectionem Domini, & referam controversias inde exortas in variis provinciis, denique subjungam, quid decisum fuerit ab Ecclesia, & postea in praxim deductum.

§. I.

De Paschate Judæorum.

32. PRimam Paschatis originem habemus in Exodo, cùm Israëlitæ educerentur ex Ægypto: sic enim legimus cap. 12. *Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad universum cœtum filiorum Israël & dicite eis: Decima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias & domos suas . . . & servabitis eum usque ad quartam decimam diem mensis hujus: immolabitque eum universa multitudo filiorum Israël ad Vesperam.* Tum alibi præceptum hoc repetitur, ùt Levit. 23. *Mense primo, quarta decima die mensis ad Vesperam, Phase Domini est: & quinta decima die mensis hujus Solemnitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis; dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusque: omne opus servile non*

non facietis in eo; sed offeretis sacrificium in igne Domino septem diebus; dies autem septimus erit celebrior & sanctior. Similia leguntur alibi: Verba hæc non poterant Israëlitis, quos alloquebatur Dominus, non esse clarissima, nam utique sciebant, quem tunc mensem agerent, quis esset dies decimus, aut decimus quartus, & quid per vesperam intelligeretur; quia tamen in contextu non explicatur, quisnam fuerit *mensis iste*, posteris temporibus dubitatum fuit, qualis & quisnam fuerit mensis iste primus, quis item dies, & quæ diei hora pertinens ad illam vesperam?

33. Atque imprimis, quod speciem mensis attinet, Keplerus in Eclogis Chronologicis epist. 6. existimat, Hebræos tunc temporis nequaquam lunarium motuum rationem habuisse, ac proinde mensem illum non fuisse lunarem, cùm in veteri lege, ubi festa instituuntur, sacer textus nusquam mensium lunarium meminerit, sed duntaxat diem mensis assignet; de Luna nihil. Nihilominus tamen Auctorum ferè communis opinio est, annum lunarem jam temporibus Moysis in usu fuisse, cùm constet fuisse postea apud Judæos,

qui potius iſtud acceperint ex traditione Majorum, quàm à Græcis poſt Alexandrum M. Sic Esdræ 3. (canonicus quidem liber non eſt, facit tamen ad hiſtoriam) cap. 1. legitur: *Et fecit Joſias Paſcha in Jeroſolimis Domino, & immolavit Phaſe quartâ decimâ Lunâ primi menſis.* Et Philo Jud. lib. de vita Moſis: *Hoc ipſo menſe, circa decimum quartum diem, cùm plenus jam orbis Lunæ futurus eſt, Paſchatis ſolemne celebratur.* Similia habent Joſephus & alii, ex quibus clarè deducitur Judæorum annum & menſes fuiſſe lunares incipientes à neomenia ſeu novilunio, dies verò ſequentes nomen habuiſſe à Lunâ, ita ut Luna decima quarta idem ſit, ac dies menſis decimus quartus, ùt pluribus infra explicabitur, & jam intelligi poteſt ex dictis n. 14. & 15.

34. Neque difficultas eſſe poteſt, quisnam menſis Judæorum fuerit primus, ſaltem ſi loquamur de anno ſacro. Igitur *menſis iſte primus in menſibus anni*, de quo loquebatur Dominus, erat menſis verni temporis, ſic enim legimus Exod. cap. 34. *Solemnitatem azymorum cuſtodies: ſeptem diebus veſceris azymis, ſicut præcepi tibi in tempore*

pore mensis novorum; mense enim verni temporis egressus es de Ægypto. Et Deuteron. 16 *Observa mensem novarum frugum, & verni primum temporis, ut facias Phase Domino Deo tuo.* Unde colligitur, eum mensem in anno lunari Judaico fuisse primum; cujus dies seu Luna 14.ª vel in diem æquinoctii verni caderet, vel eum proximè sequeretur. Id etiam testatur Joseph. Jud. lib. 3. his verbis: *Mense verò Xanthico, qui apud nos Nisan appellatur, & est anni principium, quartâdecimâ Lunâ, Sole arietem ingresso, quo mense liberati sumus, sacrificium, quod tunc egredientes ex Ægypto fecerunt, immolare nos annis singulis (quod Pascha dicitur) celebraréque præcepit, & utique celebramus.* Idem testatur apud Euseb. lib. 7. hist. cap. 29. Anatolius Laodiceæ urbis Syriæ Episcopus circa annum Domini 280. Is enim docet, Philonem, aliósque Judæos antiquiores Agathobulum, Aristobulum &c. ita sensisse: deinde cùm explicaret, quid seniores Ptolomæo Regi de traditionibus Moysis percunctanti responderint, scribit: *Ipsi ergo, cùm quæstiones Exodi exponerent, dixerunt, Pascha non prius esse immolandum, quàm æquinoctium vernale transiret.* Cùm

ergo Judæi debuerint attendere ad æquinoctium & Lunam 14. sequitur profectò, eum mensem apud ipsos fuisse primum, cujus Luna 14. vel in diem æquinoctii verni caderet, vel eum proximè sequeretur.

35. Hoc præceptum erat generale; quia tamen aliqui propter impedimenta non poterant celebrare Pascha tempore suo, quæsierunt ex Moyse, quid sibi tunc faciendum esset? Moyses consuluit Dominum, qui respondit Num. cap. 9. *Homo, qui fuerit immundus super anima, sive in via procul in gente vestra, faciat Phase Domino in mense 2.° quarta decima die mensis ad vesperam.* Quid autem sit immundum esse, explicatur Levit. 7. & 12. Item Num. 19. &c. De aliis impedimentis uti viarum &c. agit Serarius noster in Josue cap. 5. q. 28. Aliam præterea dilationis causam omnibus communem colligunt Interpretes Script. ex Levit. 23. Deut. 16. &c. cùm enim Hebræi post solemnitatem Pasch. offerre deberent Omer, seu manipulum spicarum novarum, si fortè eo tempore fruges necdum essent satis maturæ, tunc differebant mensem Abib seu Nisan in lunatio-

nationem sequentem, intercalando mensem Adar II.

36. Quoad diem & diei horam non ita conveniunt Auctores: occasio hujus discrepantiæ inde profluit, quod nomen diei & vesperæ apud Judæos diverso modo accipiatur; modus unus, ísque usualis & naturalis, quem in mundi primordiis Deus ipse docuit, est, ut vespera sit diei clausula, & mane initium, ac vespere & mane fiat dies unus: hoc est *vespere* terminet diem usualem, & *mane* diem naturalem, ùt explicant Basilius, Ambros. Beda &c. Nam Deus *divisit lucem à tenebris, appellavitque lucem diem, & tenebras noctem, factúmque est vespere & mane dies unus*, qui denominationem suam accipit à luce, quæ primo loco ponitur, cui succedentes tenebræ complent diem naturalem. Modus alter est, ut dies claudatur duabus vesperis, erátque apud Hebræos in usu in celebratione festorum, juxta illud Levit. 23. *A vespere usque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra.* Hinc fuerunt aliqui, qui cum Ludovico Legionensi dicerent, Phase Domini, & immolationem agni pertinuisse ad vesperam diei usualis 13.ª quæ in po-

ſteriore ſenſu ſimul erat initium diei 14. Et hanc opinionem multis explicat & approbat noſter P. Daniel in collect. ſuorum operum tom. 3. eo potiſſimum ex capite, quòd ſyſtema hoc videatur ad explanandas difficultates poſtea proponendas commodiſſimum. Pleríſque tamen aliis diſplicet ſenſus iſte, dum veſperam facit diei 14. initium, iíſque videtur vim inferre Scripturæ verbis, quæ diem 14. veſperæ, velut diei clauſulæ anteponunt; nam veſpera in Script. eſt finis diei, cui illa attribuitur; ſic Ex. 18. *Sedit Moyſes, ut judicaret populum, qui aſſiſtebat ſibi à mane uſque ad veſperam.* Nec obſtat, quòd Judæorum feſta inciperent à veſpera præcedente: Nam imprimis dies 14. non erat feſta dies, ùt agnoſcit ipſe Ludovicus Leg. ac propterea Chriſtum illa die potius cruci affixum putat, quàm die 15. quæ erat ſolemnitas azymorum. Deinde in ipſis etiam feſtis, quando in Script. ponitur veſpera diei, non intelligitur veſpera præcedens, ſed diei clauſula, ùt Matth. 28. *Veſpere autem Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati, venit Maria Magd.* Et licèt à prima veſpera incipiat feſtum, hæc tamen veſpera nunquam ponitur ùt diei initium,

ſed

ſed ùt præcedentis diei finis, à quo feſtum incipit. Præterea dum Exod. 12. dicitur: *Primo menſe 14. die menſis ad veſperam comedetis azyma uſque ad diem 21. ejusdem menſis ad veſperam.* Scriptura hìc intelligit poſteriorem veſperam diei 21. quæ complebat 7. dies azymorum: cur igitur in eodem contextu non etiam intelligat veſperam poſteriorem 14. diei? Denique hac ipſa nocte, qua Dominus percuſſit omne primogenitum Exod. 12. *Surrexit Pharao cunctáque Ægyptus, urgebántque populum de terra exire velociter, dicentes, omnes moriemur.* Statímque egreſſi ſunt Iſraëlitæ *quinta decima die menſis primi, altera die Phaſe.* Num. 33. Ex quo confici videtur, diem, quæ hanc noctem præceſſit, fuiſſe 14. ſub cujus finem celebraverant Phaſe Domini, ùt pluribus probat Serarius loc. cit. q. 29. & Ribera lib. 5. de Templo, ubi etiam reſpondet ad difficultates contrarias. Hæc confirmari poſſunt ex illo Exod. 12. *Non remanebit quidquam ex eo uſque mane.* Joſeph autem L. 3. Ant. c. 10. hoc mane explicat per diem 15. *è victimis in diem ſequentem nihil relinquentes, quæ eſt quinta decima, & azymorum feſtivitatis prima.*

alia, atque ita consequenter in hodiernum usque diem, & deinceps ulterius; etsi enim propter errorem cycli indicatum numeri aurei in veteri Calend. notati non amplius exactè indicent novilunia, idem tamen cyclus suum adhuc habet usum, ut ex dicendis patebit: imò mutando suo tempore sedes numerorum aureorum possent iterum per notabile tempus usui esse; ita factum est in Breviariis & Missalibus à Pio V. correctis ante emendationem Calendarii Gregorianam; sed cùm hæc correctio identidem repetenda esset, melius utique fuit adinvenire aliam, quæ foret in Missalibus, Breviariis &c. perpetua, ut postea dicemus.

§. 3.
De Cyclo Indictionum.

30. CYclus indictionum est series 15. annorum constanter in orbem rediens: erat jam priscis temporibus in usu apud Romanos, creditúrque inventus ad pensitationem tributorum, ideóque nullam cum cœlestibus motibus connexionem habet. Hujus indictionis frequens est

est mentio in Diplomatibus Pontificiis & Cæsareis, nihilque aliud ad ejus intelligentiam advertendum est, quàm ejus initium connexum esse cum anno 3. ante primum æræ Christianæ, ut proinde annus Christi 1. sit hujus cycli 4. quandocunque demum hic cyclus cœperit esse in usu, quod inter Chronologos disputatur.

CAP. III.
De Festo Paschatis.

31. QUæstio hæc à primis Ecclesiæ temporibus in hunc usque diem controversa fuit, hodiéque de illa disputant, & malè sentiunt non pauci, præsertim illi, qui in Imperio Calendario nostro adversantur. Etsi porrò ea de re extent libri integri, non potui tamen omittere, quin hìc, quantum satis est, eandem pertractarem, cùm non tantùm faciat ad historiam Ecclesiasticam, sed ex ea etiam dependeat in plerisque Calendarium Gregorianum, uti & responsio ad difficultates oppositas. Agam igitur primò de Paschate Judæorum, addam dein aliquid de supremo Christi Paschate, postea de Paschate Christiano-rum

rum post Resurrectionem Domini, & referam controversias inde exortas in variis provinciis, denique subjungam, quid decisum fuerit ab Ecclesia, & postea in praxim deductum.

§. I.

De Paschate Judæorum.

32. PRimam Paschatis originem habemus in Exodo, cùm Israëlitæ educerentur ex Ægypto: sic enim legimus cap. 12. *Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad universum cœtum filiorum Israël & dicite eis: Decima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias & domos suas . . . & servabitis eum usque ad quartam decimam diem mensis hujus: immolabitque eum universa multitudo filiorum Israël ad Vesperam.* Tum alibi præceptum hoc repetitur, ùt Levit. 23. *Mense primo, quarta decima die mensis ad Vesperam, Phase Domini est: & quinta decima die mensis hujus Solemnitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis; dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusque: omne opus servile*

non

non facietis in eo; sed offeretis sacrificium in igne Domino septem diebus; dies autem septimus erit celebrior & sanctior. Similia leguntur alibi: Verba hæc non poterant Israëlitis, quos alloquebatur Dominus, non esse clarissima, nam utique sciebant, quem tunc mensem agerent, quis esset dies decimus, aut decimus quartus, & quid per vesperam intelligeretur; quia tamen in contextu non explicatur, quisnam fuerit *mensis iste*, posteris temporibus dubitatum fuit, qualis & quisnam fuerit mensis iste primus, quis item dies, & quæ diei hora pertinens ad illam vesperam?

33. Atque imprimis, quod speciem mensis attinet, Keplerus in Eclogis Chronologicis epist. 6. existimat, Hebræos tunc temporis nequaquam lunarium motuum rationem habuisse, ac proinde mensem illum non fuisse lunarem, cùm in veteri lege, ubi festa instituuntur, sacer textus nusquam mensium lunarium meminerit, sed duntaxat diem mensis assignet; de Luna nihil. Nihilominus tamen Auctorum ferè communis opinio est, annum lunarem jam temporibus Moysis in usu fuisse, cùm constet fuisse postea apud Judæos,

qui potius istud acceperint ex traditione Majorum, quàm à Græcis post Alexandrum M. Sic Esdræ 3. (canonicus quidem liber non est, facit tamen ad historiam) cap. 1. legitur: *Et fecit Josias Pascha in Jerosolimis Domino, & immolavit Phase quartâ decimâ Lunâ primi mensis.* Et Philo Jud. lib. de vita Mosis: *Hoc ipso mense, circa decimum quartum diem, cùm plenus jam orbis Lunæ futurus est, Paschatis solemne celebratur.* Similia habent Josephus & alii, ex quibus clarè deducitur Judæorum annum & menses fuisse lunares incipientes à neomenia seu novilunio, dies verò sequentes nomen habuisse à Lunâ, ita ut Luna decima quarta idem sit, ac dies mensis decimus quartus, ùt pluribus infra explicabitur, & jam intelligi potest ex dictis n. 14. & 15.

34. Neque difficultas esse potest, quisnam mensis Judæorum fuerit primus, saltem si loquamur de anno sacro. Igitur *mensis iste primus in mensibus anni*, de quo loquebatur Dominus, erat mensis verni temporis, sic enim legimus Exod. cap. 34. *Solemnitatem azymorum custodies: septem diebus vesceris azymis, sicut præcepi tibi in tem-*

pore.

pore mensis novorum; mense enim verni temporis egressus es de Ægypto. Et Deuteron. 16 *Observa mensem novarum frugum, & verni primum temporis, ut facias Phase Domino Deo tuo.* Unde colligitur, eum mensem in anno lunari Judaico fuisse primum, cujus dies seu Luna 14.ª vel in diem æquinoctii verni caderet, vel eum proximè sequeretur. Id etiam testatur Joseph. Jud. lib. 3. his verbis: *Mense verò Xanthico, qui apud nos Nisan appellatur, & est anni principium, quartadecimâ Lunâ, Sole arietem ingresso, quo mense liberati sumus, sacrificium, quod tunc egredientes ex Ægypto fecerunt, immolare nos annis singulis (quod Pascha dicitur) celebraréque præcepit, & utique celebramus.* Idem testatur apud Euseb. lib. 7. hist. cap. 29. Anatolius Laodiceæ urbis Syriæ Episcopus circa annum Domini 280. Is enim docet, Philonem, aliósque Judæos antiquiores Agathobulum, Aristobulum &c. ita sensisse: deinde cùm explicaret, quid seniores Ptolomæo Regi de traditionibus Moysis percunctanti responderint, scribit: *Ipsi ergo, cùm quæstiones Exodi exponerent, dixerunt, Pascha non prius esse immolandum, quàm æquinoctium vernale transiret.* Cùm

ergo Judæi debuerint attendere ad æquinoctium & Lunam 14. sequitur profectò, eum mensem apud ipsos fuisse primum, cujus Luna 14. vel in diem æquinoctii verni caderet, vel eum proximè sequeretur.

35. Hoc præceptum erat generale; quia tamen aliqui propter impedimenta non poterant celebrare Pascha tempore suo, quæsierunt ex Moyse, quid sibi tunc faciendum esset? Moyses consuluit Dominum, qui respondit Num. cap. 9. *Homo, qui fuerit immundus super anima, sive in via procul in gente vestra, faciat Phase Domino in mense 2.° quarta decima die mensis ad vesperam.* Quid autem sit immundum esse, explicatur Levit. 7. & 12. Item Num. 19. &c. De aliis impedimentis uti viarum &c. agit Serarius noster in Josue cap. 5. q. 28. Aliam præterea dilationis causam omnibus communem colligunt Interpretes Script. ex Levit. 23. Deut. 16. &c. cùm enim Hebræi post solemnitatem Pasch. offerre deberent Omer, seu manipulum spicarum novarum, si fortè eo tempore fruges necdum essent satis maturæ, tunc differebant mensem Abib seu Nisan in lunatio-

nationem sequentem, intercalando mensem Adar II.

36. Quoad diem & diei horam non ita conveniunt Auctores: occasio hujus discrepantiæ inde profluit, quod nomen diei & vesperæ apud Judæos diverso modo accipiatur; modus unus, ísque usualis & naturalis, quem in mundi primordiis Deus ipse docuit, est, ut vespera sit diei clausula, & mane initium, ac vespere & mane fiat dies unus: hoc est *vespere* terminet diem usualem, & *mane* diem naturalem, ùt explicant Basilius, Ambros. Beda &c. Nam Deus *divisit lucem à tenebris, appellavítque lucem diem, & tenebras noctem, factúmque est vespere & mane dies unus*, qui denominationem suam accipit à luce, quæ primo loco ponitur, cui succedentes tenebræ complent diem naturalem. Modus alter est, ut dies claudatur duabus vesperis, erátque apud Hebræos in usu in celebratione festorum, juxta illud Levit. 23. *A vespere usque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra.* Hinc fuerunt aliqui, qui cum Ludovico Legionensi dicerent, Phase Domini, & immolationem agni pertinuisse ad vesperam diei usualis 13.ª quæ in po-

ſteriore ſenſu ſimul erat initium diei 14. Et hanc opinionem multis explicat & approbat noſter P. Daniel in collect. ſuorum operum tom. 3. eo potiſſimum ex capite, quòd ſyſtema hoc videatur ad explanandas difficultates poſtea proponendas commodiſſimum. Pleríſque tamen aliis diſplicet ſenſus iſte, dum veſperam facit diei 14. initium, iíſque videtur vim inferre Scripturæ verbis, quæ diem 14. veſperæ, velut diei clauſulæ anteponunt; nam veſpera in Script. eſt finis diei, cui illa attribuitur; ſic Ex. 18. *Sedit Moyſes, ut judicaret populum, qui aſſiſtebat ſibi à mane uſque ad veſperam.* Nec obſtat, quòd Judæorum feſta inciperent à veſpera præcedente: Nam imprimis dies 14. non erat feſta dies, ùt agnoſcit ipſe Ludovicus Leg. ac propterea Chriſtum illa die potius cruci affixum putat, quàm die 15. quæ erat ſolemnitas azymorum. Deinde in ipſis etiam feſtis, quando in Script. ponitur veſpera diei, non intelligitur veſpera præcedens, ſed diei clauſula, ùt Matth. 28. *Veſpere autem Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati, venit Maria Magd.* Et licèt à prima veſpera incipiat feſtum, hæc tamen veſpera nunquam ponitur ùt diei initium,

ſed

ſed ùt præcedentis diei finis, à quo feſtum incipit. Præterea dum Exod. 12. dicitur: *Primo menſe 14. die menſis ad veſperam comedetis azyma uſque ad diem 21. ejusdem menſis ad veſperam.* Scriptura hìc intelligit poſteriorem veſperam diei 21. quæ complebat 7. dies azymorum: cur igitur in eodem contextu non etiam intelligat veſperam poſteriorem 14. diei? Denique hac ipſa nocte, qua Dominus percuſſit omne primogenitum Exod. 12. *Surrexit Pharao cunctáque Ægyptus, urgebántque populum de terra exire velociter, dicentes, omnes moriemur.* Statímque egreſſi ſunt Iſraëlitæ *quinta decima die menſis primi, altera die Phaſe.* Num. 33. Ex quo confici videtur, diem, quæ hanc noctem præceſſit, fuiſſe 14. ſub cujus finem celebraverant Phaſe Domini, ùt pluribus probat Serarius loc. cit. q. 29. & Ribera lib. 5. de Templo, ubi etiam reſpondet ad difficultates contrarias. Hæc confirmari poſſunt ex illo Exod. 12. *Non remanebit quidquam ex eo uſque mane.* Joſeph autem L. 3. Ant. c. 10. hoc mane explicat per diem 15. *è victimis in diem ſequentem nihil relinquentes, quæ eſt quinta decima, & azymorum feſtivitatis prima.*

37. Quidam alii volunt hanc vesperam potius pertinere ad diem mensis XV.^m primum nempe diem azymorum, qui cùm esset dies festus & solemnis, initium sumebat à vespera præcedente. Hinc est, quòd dicatur Exod. 12. v. 18. *Primo mense, quarta decima die mensis ad vesperam comedetis azyma, usque ad diem 21. ejusdem mensis ad vesperam.* Ad horum distinctionem & intelligentiam juvat scire, quod Levit. 23. ubi latinè legitur, quarta decima die ad vesperam, hebraicè & græcè legatur, *inter duas vesperas*, ben haarbaim: ἀναμέσον τῶν ἑσπερινῶν. Similiter Exod. 12. legitur hebraicè, *inter duas vesperas.* Chaldæus hoc idem subinde ponit. Deut. 16. legitur latinè: *Immolabis Phase vespere ad Solis occasum.* Quod nempe alicubi generatim *ad vesperam* dicitur, alibi per *duas vesperas*, distinctiùs explicatur. Inde est, quod Auctores duas distinguant vesperas, unam, quam Petavius dicit vesperam lucis ante Solis occasum, alteram noctis post occasum Solis. Jam placet illa sententia, quæ cum Josepho Jud. lib. 6. belli c. 4. dicit, horam dici nonam, (quæ aliàs erat in multis hora ordinaria sacrificii vespertini) cùm

Sol

Sol à meridie propior fit horizonti, fuisse illam, quâ incipiebat immolatio, & peragebatur in vespera lucis, etsi comestio agni protraheretur in vesperam noctis, ubi jam comedebantur azyma, quod faciebant per 7. dies, nempe à vespera noctis diei 14. usque ad vesperam hujus diei 21. Inde patet, qua ratione pascha pertineat ad diem 14.[m] Nam immolatio & sacrificium in omni sensu ad hunc diem pertinet, comestio verò agni ad eundem etiam pertinet, quatenus dies usualis est, & naturalis.

38. Neque, ut opinor, hac de re potest èsse dubium, cùm ipsa Scriptura Pascha referat ad hunc diem 14. imò clarè distinguat à die 15. sic Levit. 23. *Quarta decima die mensis ad vesperum Phase Domini est, & quinta decima die mensis hujus solemnitas azymorum Domini est.* Et Num. 28. *Quartadecima die mensis Phase Domini erit, & quintadecima die solemnitas.* Rursus cap. 33. *Profecti igitur de Ramesse mense primo, quintadecima die mensis primi, altera die Phase.* Id est, postquam priori die 14. Pascha celebraverant. Consonat Joseph. Jud. l. 2. c. 10. *Diem Paschatis excipit festivitas*

ſtivitas azymorum. Unde Rabanus Moguntinus Præſul lib. 2. de inſtit. Cler. c. 39. *Notandum*, inquit, *quòd inter Paſcha & azyma legis hoc diſtat, quòd illa una dies, quâ agnum occidi neceſſe erat, & nocte ſequenti tranſiens Dominus primogenita Ægyptiorum percuſſit, liberans domus filiorum Iſraël ſignatas agni ſanguine, PASCHA dicebatur; ſequentes verò dies VII. id eſt, à XV. uſque ad viceſimam primam ejusdem menſis, azymorum propriè vocabantur.* Idem habet Beda de Temp. rat. cap. 61.

§. 2.

De ſupremo Chriſti Paſchate.

39. Non ea mente hanc pertracto quæſtionem, ut decidam, quod tot & tanti nominis Auctores non potuerunt: attingo duntaxat breviter: ne hiatus intercedat in hac materia, & ut occurratur difficultatibus, quas inde contra Calend. noſtrum petunt aliqui, uti Calviſius. Atque imprimis nihil hìc moror illos Græculos, qui, ut defendant Chriſtum in fermentato pane conſecraſſe, ajunt vulgari cœna functum eſſe Chriſtum, non attigiſſe Paſcha

ſcha judaicum. His enim apertè refragantur Evangeliſtæ, qui cœnam ultimam Paſchatis nomine toties inſigniunt: ſic Chriſtus ipſe Matth. 26. *Apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis.* Unde Conc. Trident. ſeſs. 22. cap. I. *Celebrato veteri Paſcha . . . novum inſtituit.* Neque Græcos juvat controverſia præſens; quocunque enim tempore cœnam ultimam celebrârit Chriſtus, utique obſervaverit ritum in eſu agni paſchalis præſcriptum Ex. 12. &c. ideóque uſus fuerit pane azymo. Hìc ergo potiſſimum quæritur, quo tempore ultimam cœnam paſchalem Chriſtus celebrârit? Et quidem duplici modo procedit quæſtio, nempe ſecundùm rationes Judæorum legales, & ſecundùm rationes chronologicas.

Pars Quæſtionis prima.

40. IN priore ſenſu quæritur, utrum Chriſtus Paſcha lege præſcriptum celebrârit cum Judæis, an uno die anticiparit. Ratio dubitandi potiſſima, & fortè unica petitur ex Scriptoribus ſacris, qui rem non uno modo proponunt, etſi haud dubiè ſibi non contradicant. Nam tres Evange-

vangelistæ Matthæus c. 26. Marcus c. 14. & Lucas c. 22. scribunt, Christum comedisse agnum Paschalem sub vesperam, quâ incipiebat primus dies azymorum, quo tempore ex præscripto legis Judæi agnum manducabant, ut superiore §. explicatum est. Joannes verò cap. 13. scribit: *Ante diem Festum Pascha . . . cæna facta.* Rursus cap. 18. ait Judæos, quo die Christus passus est, noluisse prætorium ingredi, *ne contaminarentur, seu ut manducarent Pascha.* Et cap. 19. *Erat autem parasceve Pascha hora quasi sexta.* Item v. 31. *Judæi ergo, quoniam parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora Sabbato, (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura & tollerentur.* Hi textus Joannis videntur Petavio tam præcisi, ut planè convincant, Christum anticipasse Pascha Judaicum uno die, & Judæos primùm Pascha comedisse eo die, quo passus est Christus, nempe in parasceve Sabbati, in quod eo anno incidebat solemnitas azymorum; & hinc magnus dicebatur dies ille Sabbati.

41. Qua porrò ratione contigerit, ut Christus alio die Pascha celebrârit, ac Judæi,

dæi, explicandum restat hujus opinionis Authoribus. Maldonatus existimat, post captivitatem Babylonicam temporibus Esdræ ex dispensatione quadam inter Judæos constitutum fuisse, ut quotiescunque primus dies azymorum in feriam 6. incideret, transferretur in diem sequentem, nempe in diem Sabbati, ne solemnes duo festi dies sibi succederent, magno populi incommodo, qui diebus illis ab omni opere servili abstinere tenebatur. Addunt aliqui, ne Sabbatum incideret in 2.^{am} diem azymorum, quâ offerebatur manipulus spicarum. Quare cùm hoc anno dies 1. azym. incideret in feriam 6. Judæi observarunt ritum novum, etsi Christus observârit antiquum. Alii dicunt Judæos & Galilæos non eadem die manducasse agnum Paschalem, ne scilicet ob nimiam hominum multitudinem una dies ad immolationem agni Paschalis, in templo Hierosolymitano faciendam non sufficeret: quare quoties neomenia incidebat in feriam 2. 4. aut 6. tunc Judæi ducebant initium mensis à phasi, seu die conjunctionem sequente, Galilæi verò à conjunctione Lunæ; contrarium eveniebat

bat in aliis feriis. Quare hoc anno Christus, qui Galilæus erat, ritum Galilæorum secutus, uno die prævenit Judæos, juxta diversam dies mensis numerandi rationem. Petavius sine tot ambagibus censet, illo anno fuisse duplex Pascha, unum legitimum, quod Christus cum aliquot Judæis saniori mente præditis, uti erat ille Paterfamilias, apud quem fecit Pascha, legitimo tempore celebravit; aliud præposterum, quod Pharisæi & Scribæ cum plerísque Judæis tenuerunt, unde unde demumhæc corruptela profluxerit, atque adeo censet hic Auctor, per hoc conciliari Scriptores sacros, quòd tres Evangelistæ locuti fuerint de Paschate legitimo, quod Christus celebravit; Joannes verò de Paschate præpostero, quod celebrarunt Judæi.

42. Non omnibus placet hic explicandi modus, quia hæc distinctio inter ritum novum & antiquum, uti & inter Judæorum & Galilæorum consuetudinem, videtur potius ad difficultatem solvendam inventa, quàm aliunde sufficienter probata, cum sacer textus & Auctores antiqui, uti Josephus, de illa sileant: nec ipsis sat

pro-

probatur, quod addit Petavius, cùm aliunde non constet Judæos, rituum suorum tenacissimos, ordinem invertisse, & tres Evangelistæ videantur loqui de Paschate omnibus communi, uti Marcus cap. 14. Primo die azymorum, *quando immolabant*, dicunt ei discipuli. Et Lucas c. 22. Venit dies azymorum, in qua *oportebat immolari Pascha*. Ex quibus deducunt: omnes uno eodémque die Pascha celebrasse.

43. Jam totus labor in eo est, ut conciliênt textus S. Joannis. Ut primum textum explicet Bellarminus cum aliis, distinguit duplicem dierum computum, apud Hebræos usitatum, civilem unum, quo dies incipit ab ortu Solis, Ecclesiasticum alterum, quo dies incipit à vespera præcedente. Ad hunc secundum modum vult referri, quod narratur à tribus Evangelistis: ad primum verò, quod narrat Joannes, dum dicit, *Ante diem festum Paschæ*, solemnitatem scilicet azymorum, quæ erat festa dies: primam hanc diem inchoant illi à vespera præcedente, iste à tempore matutino. Ad alterum, *ne contaminarentur, sed ut manducarent* Pascha, dicunt, id referri ad victimas paschales & azyma, quæ

per

per id tempus majorem requirebant in Judæis munditiem & ſanctitatem; non autem referri ad agnum paſchalem, qui, ut obſervat Serarius, non comedebatur matutino tempore: *Erat autem mane*, quando noluerunt ingredi prætorium. Ad 3.^m Per *Paraſceven Paſchæ* non intelligunt noſtro loquendi modo vigiliam Paſchatis, ſed Paraſceven Sabbati, quæ concurrebat hoc anno cum feſto Paſchatis. Neque illos abſterret, quod hoc modo Chriſtus crucifixus fuiſſet ipſo ſolemni die Paſchatis azymorum, iſtud enim poſt Tertul. Origenem, Ambroſ. alióſque, quos citat Bellarminus & Ribera, omnino concedunt, quia Judæi odio excæcati potuerunt facilè non attendere ad celebritatem feſti; unde cùm de Chriſto occidendo deliberarent Matth. 26. dicerént que, *non in die feſto*, non addebant, ne feſtum violaretur, ſed *ne fortè tumultus fieret in populo*. Quo timore ſublato calliditate Phariſæorum, & Sacerdotum, qui populum ad Chriſti cædem animaverunt, & oblata inſuper Judæ opportunitate, mutârunt conſilium, & ad facinus illo ipſo die perpetrandum properarunt. Similia die feſto

feciſſe

fecisse Judæos legimus Num. 15. non enim dubitabant plectere etiam diebus festis eos, quos violatæ religionis accusassent. Addunt, Christum eo die crucifixum fuisse, quo dimissus est Barrabas; dimissus autem est *per diem solemnem*, Matth. 27. *per diem festum*, Luc. 23. In Pascha, Joan. 18. Hæc breviter; qui plura cupit, consulat Paulum Burgensem, & Abulensem Tostatum, qui in partes oppositas distracti, magna utrinque contentione suam quisque sententiam probare conantur, & contrariam labefactare; ac denique id efficiunt, ut res etiamnum dubia videatur.

Pars Quæstionis altera.

44. IN posteriore sensu annum ipsum investigamus, anníque Juliani diem quo Christus celebrato Paschate ultimo, mortem crucis pro nobis subiit. Et quidem dum de anno agitur, non quærimus hoc loco quoto ætatis anno mortuus sit Christus; id enim deducitur ab anno Ejus natali, seu Epocha Christi: sed quærimus, quo æræ Christianæ vulgaris anno id contigerit, sive Christus natus sit ante vel post primum æræ hujus annum. Atque ut

per id tempus majorem requirebant in Judæis munditiem & sanctitatem; non autem referri ad agnum paschalem, qui, ut observat Serarius, non comedebatur matutino tempore: *Erat autem mane*, quando noluerunt ingredi prætorium. Ad 3.m Per *Parasceven Paschæ* non intelligunt nostro loquendi modo vigiliam Paschatis, sed Parasceven Sabbati, quæ concurrebat hoc anno cum festo Paschatis. Neque illos absterret, quod hoc modo Christus crucifixus fuisset ipso solemni die Paschatis azymorum, istud enim post Tertul. Origenem, Ambros. aliósque, quos citat Bellarminus & Ribera, omnino concedunt, quia Judæi odio excæcati potuerunt facilè non attendere ad celebritatem festi; unde cùm de Christo occidendo deliberarent Matth. 26. diceréntque, *non in die festo*, non addebant, ne festum violaretur, sed *ne fortè tumultus fieret in populo*. Quo timore sublato calliditate Pharisæorum, & Sacerdotum, qui populum ad Christi cædem animaverunt, & oblata insuper Judæ opportunitate, mutârunt consilium, & ad facinus illo ipso die perpetrandum properarunt. Similia die festo fecisse

fecisse Judæos legimus Num. 15. non enim dubitabant plectere etiam diebus festis eos, quos violatæ religionis accusassent. Addunt, Christum eo die crucifixum fuisse, quo dimissus est Barrabas; dimissus autem est *per diem solemnem*, Matth. 27. *per diem festum*, Luc. 23. In Pascha, Joan. 18. Hæc breviter; qui plura cupit, consulat Paulum Burgensem, & Abulensem Tostatum, qui in partes oppositas distracti, magna utrinque contentione suam quisque sententiam probare conantur, & contrariam labefactare; ac denique id efficiunt, ut res etiamnum dubia videatur.

Pars Quæstionis altera.

44. IN posteriore sensu annum ipsum investigamus, annique Juliani diem quo Christus celebrato Paschate ultimo, mortem crucis pro nobis subiit. Et quidem dum de anno agitur, non quærimus hoc loco quoto ætatis anno mortuus sit Christus; id enim deducitur ab anno Ejus natali, seu Epocha Christi: sed quærimus, quo æræ Christianæ vulgaris anno id contigerit, sive Christus natus sit ante vel post primum æræ hujus annum. Atque ut

 cert-

certa ab incertis distinguamus, Christiani omnes consentire debent 1.° Christum passum esse in parasceve Sabbati, seu feria VI. Id patet ex Joan. 19. v. 31. Item ex Marci c. 15. v. 42. *Erat parasceve, quod est ante Sabbatum.* 2.° Passum esse Pontio Pilato Præside, uti rursum constat ex Evangelio. Eusebius autem ostendit ex Josepho, Pilatum non venisse in Judæam ante annum Tyberii 12.m Lucidus verò & Langius evincunt, eum ad dicendam causam à Vitellio Romam missum ante Pascha anni 36. 3.° Joan. Bapt. ministerium suum inchoasse, & prædicasse baptismum pœnitentiæ, *Anno quintodecimo Imperii Tyberii Cæsaris* Luc. 3. quamvis incertum sit, an hoc anno, vel sequente baptizatus sit Christus. Porrò Imperium Tyberii cæpit anno Juliano 59. Æræ vulgaris 14. die 19. mensis Augusti, quo Augustus Cæsar mortuus est. Etsi enim biennio prius tribunitiam potestatem acceperit Tyberius, factus designatione quadam Imperii consors; summum tamen Imperium non suscepit, nisi post mortem Augusti, precibus ad hoc inductus, ùt constat ex Tacito lib. 1. Annalium. Igitur annus

annus Tyberii decimus quintus incepit à mense Aug. anni æræ vulgaris 28. Christus autem, uti antiqua & constans est SS. PP. & Ecclesiæ sententia, baptizatus est 6. Januarii. Si ergo baptizatus est hoc ipso Tyberii anno 15. uti Petavius colligit ex ipsa historia D. Lucæ cap. 3. Tunc Christi baptismus tribuendus erit anno 29. æræ Christianæ; si verò inter ministerium S. Joannis & Christi baptismum intercessit annus integer, uti contendit Natalis Alex. eo quod aliàs non potuissent fieri ea omnia, quæ cap. 3. narrantur à D. Luca, & repetuntur à D. Paulo Actor. 13. tunc Christi baptismus referendus est ad annum æræ Ch. 30.[m] Et hæc sententia fundamentum quoque haberet in his Lucæ verbis, eod. cap. *Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta.* Si vera esset vulgaris opinio, quam propugnat Ricciolius, Christum nempe natum esse ad finem Decembris eo anno, qui præcedit primum æræ Christianæ. Consentire debent 4.° Christum tria saltem post baptismum attigisse paschata, quæ distinctè memorat Joannes, primum cap. 2. alterum cap. 6. ultimum cap. 13. Plura non admittit Pe-

tavius, quia non expressa: multi, quos sequitur Natalis, interjiciunt quartum, ex illo Joan. 5. *Post hæc erat dies festus Judæorum.* Nam per hunc diem festum, Pascha intelligit Irenæus, Eusebius, & alii, quos citat Natalis. Quintum addidere Mercator, Scaliger, & alii, & hoc quidem intelligunt aliqui per Sabbatum secundo primum, cùm esset transitus per sata, Luc. 6. alii deducunt ex eo, quòd putent intercessisse annum integrum inter Christi baptismum & nuptias in Cana Galilææ, juxta illud, quod canit Ecclesia: *Hodie stella duxit Magos ad præsepium: hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias; hodie in Jordane Christus baptizari voluit.* Quod inquit S. Maximus hom. 6. *Posteritati suæ fidelis mandavit antiquitas.* Igitur etiam aliquod Pascha præcessit illud, quod primo loco refertur Joan. c. 2. & hoc additis reliquis est quintum.

45. Ex his fundamentis, in Evangelio ferè positis, vix non indubitanter colligi potest, Christum Dominum celebrasse ultimum Pascha inter annum æræ Ch. 29. & 34.[m] atque adeo rejiciendos esse, quotquot illud statuunt extra hos limites, quam-

quamvis magni nominis Scriptores ſint; & mirum eſt tantopere aliquos aberraſſe, ut illud ſtatuerent ante annum 25. aut rejicerunt ultra 40.[m] Qualis autem annus intra hos limites determinandus ſit, non ſufficienter conſtat ex Evangelio; ſcimus quidem ex Script. Paſcha judaicum celebrandum fuiſſe Lunâ XIV. at non ſcimus, qualis computandi ratio fuerit apud Judæos in uſu tempore Chriſti, ùt ex certis characteribus chronologicis diem & annum definiamus; síque in hac materia Scriptores conſulamus antiquos, comperiemus, eos in diverſas abiiſſe ſententias, quas hìc breviter proponemus.

46. Imprimis non conveniunt in anno baptiſmi, & in annis prædicationis Chriſti. Origenes, cui conſonant ex antiquioribus aliqui, lib. 4. de principiis, cap. 4. ait: *Chriſtum uno anno & aliquot menſibus docuiſſe.* Meliori jure cum aliis biennium ſolidum & aliquot menſes ponit Petavius, cùm Chriſtus tria ſaltem paſchata poſt baptiſmum attigerit. Chronicon Alexandrinum dicit: *Quarto verò anno comprehenſus, & in crucem ſublatus 23. Martii.* Hic dies determinatur, non autem annus.

Ven. Beda de rat. temp. cap. 45. ait: *Quòd Dominus Lunâ XV. feria 6. crucem ascenderit, & una Sabbatorum, id est, die Dominica resurrexerit à mortuis, nulli licet dubitare Catholico.* At quo anno ex superius definitis incidit in diem 23. Martii Luna XV.? si astronomicè loquamur, nullo, nisi anno 34.° sed tunc dies ille erat feria 3. non 6.ª Deinde annus ille videtur Petavio nimium remotus à baptismo Christi; quare potius assignat annum 31. fuit enim hoc anno cyclus Solis 12. Lit. Dom. G. consequenter dies 23. Mart. erat fer. 6. Et hic annus sequitur ex ejus principiis, cùm supponat Christum fuisse baptizatum anno 29. & postmodum tria duntaxat attigisse paschata. Deinde affert Concilium Cæsariense, in quo Patres anno 196. Victore I. Rom. Pontifice statuunt, Christum fuisse passum X. calend. Apr. & VIII. Cal. resurrexisse. Addit plures alios magni nominis Auctores. Idem probat ex hist. Eccles. in qua designantur anni, quibus post resurrectionem Christi Paulus missus est Romam vinctus, Petrus & Paulus Apostoli pro Christo interfecti sunt &c. è quibus eundem semper annum eruit, ùt

videre eſt lib. 12. de doct. temp. Unde negari non poteſt, quin hæc opinio magnam habeat probabilitatem. Una ſupereſt difficultas, quod nempe Luna XV. non inciderit in illum diem 23. Mart. nam eo anno pleni-lunium accidit primùm 26. ſed diſtinguit Petavius: non incidit aſtronomicè, concedit; non incidit civiliter, negat. Probat deinde ex S. Epiphanio, & aliis popularem Judæorum computum iis temporibus non fuiſſe ad cœleſtes motus exactum, ſed quandoque biduo vel triduo neomenias anticipaſſe; ſi enim hoc fieri potuit poſt Concil. Nicænum, cùm jam perfectior eſſet aſtronomia, facilius fieri poterat remotis illis temporibus.

47. Nihilominus hæc anticipatio multis nimia videtur: hinc quærunt annum, in quo Luna XV. & feria VI. meliùs congruant: & dicunt, annum hunc eſſe 33.^m Æræ Chr. Tunc enim plenilunium contigit 3. Aprilis, feriâ 6. erat enim Solis cyclus 14. Lit. Dom. D. concurrunt ergo Luna 15. & fer. 6. Et hic annus 33. conſequitur ex eorum opinione, qui ſupponunt Chriſtum baptizatum fuiſſe anno 30. & à baptiſmo ad ejus mortem quatuor

intercessisse paschata. Hanc sententiam defendunt multi Recentiores, inter quos Natalis Alex. Tom. 3. Hist. Eccl. Diss. 2. sæculi I. ubi multis probat, hunc annum 33. esse in medio Hebdomadis ultimæ, de qua Propheta Daniel cap. 9. Hanc deinde sententiam probat testimonio Phlegontis, cujus verba refert Julius Africanus apud Syncellum pag. 322. Chronog. *Narrat Phlegon, inquit, sub Tyberio Cæsare in plenilunio eclipsim Solis factam perfectam ab hora sexta usque ad nonam: manifestum est autem, quòd illam; nempe quæ moriente Christo contigit.* Eodem enim modo narratur Matth. 27. *A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam.* Deinde Chronicon Alexand. refert ad annum Tiberii 19. Phlegontis verba, hoc modo: *Quin & gentium Scriptores hunc annum signârunt, & constanter affirmârunt terræ motum extitisse, quos inter speciatim est Phlegon, is qui olympiadas concinnavit. Hinc in 13. volumine ita scribit: 202. olympiade anno 4. Eclipsis Solis maxima fuit, quanta nunquam antea contigisse legitur; Nox enim horâ 6. diei tanta fuit, ut etiam astra in cælo apparerent, ingentique tremore*

terræ

terra concussa est. Atqui annus Tiberii 19. Plenilunium, annus quartus olympiadis 202. Conveniunt anno 33.° æræ Christianæ; ergo. Hæc opinio sat efficaciter probatur, præsertim si convenientiam spectemus astronomicam; sed, ut verbis utar ipsiusmet Nat. Alex. hoc faciunt *aliqui inter Recentiores eruditi nullo, quod expressum sit ac evidens antiquitatis muniti suffragio.* Unus affertur Author opusculi, cui titulus: *De Pascha computus*, quod inter opera S. Cypriani legitur, in quo sic habet: *Dominus Jesus manducavit Pascha 7. Idus Aprilis, 5. feria, & passus est altera die 6. feria.* Sed hic Author discrepat in die, etsi conveniat in mense Aprili: Reliqui antiquiores tum Patres, tum Scriptores Ecclesiastici ferè conveniunt in Mense Martio: sed cùm in die & anno multum inter se dissideant, nihil, quod convincat, ex iis colligi posse Natalis existimat.

48. Opiniones reliquæ videntur prædictis Auctoribus minùs probabiles: nam anno 30. Christus necdum attigerat tria post baptismum Paschata. Anno 32. nullatenus congruunt Luna XV. & feria VI. Nec probatur ab Auctoritate, nisi aliquo-

rum, qui ſcripsêre, paſſum eſſe Chriſtum anno Tiberii 18.° Euſebium nempe ſecuti: ſed cùm Euſebius id confirmet ex eclipſi Solis, & hanc referat cum Phlegonte ad annum 4. olymp. 202. potius eruitur annus Tiberii 19. æræ vulg. 33. Annus 34. deficit etiam in feria VI. & videtur ſupponere, Chriſtum attigiſſe quintum Paſcha, quod non probatur; nam annus ille inter baptiſmum & nuptias, de quo ad finem num. 44. confictus videtur: cùm tres Evangeliſtæ Matth. Marc. & Lucas ſcribant, Chriſtum regreſſum à Jordane Spiritu Sancto plenum, ſtatim ſeceſſiſſe in deſertum, & poſt 40. dies jejunii docuiſſe & prædicâſſe: Joannes verò referat, quod factum eſt in nuptiis, velut initium ſignorum, quod fecit Jeſus: deinde addat: *Et prope erat Paſcha Judæorum.* Ex quibus colligitur, hæc omnia, nempe baptiſmum Chriſti, jejunium, initium prædicationis & ſignorum eodem anno, nempe à 6. Januarii, peracta fuiſſe ante Paſcha Judæorum. Et hoc conſequenter primum fuit, quod Chriſtus poſt baptiſmum attigit. Id quod canit Eccleſia per hoc explicatur, quod in Epiphania Domini celebretur triplex

plex manifestatio Divinitatis Christi, quamvis illa tria, quæ canuntur, non eodem die anni contigerint omnia, cùm enim Christus discipulis gloriam suam manifestavit in nuptiis, propè erat Pascha Judæorum, extra mensem Januarium. Hujus explicationis fundamentum habemus in S. Augustino serm. de temp. sive enim hæ Divinitatis manifestationes uno die contigerint omnes, sive diebus diversis, *una tamen*, inquit ille, *sanctæ devotionis est fides, in omnibus DEI filius creditur, in omnibus festivitas est vera.* Et certe talem explicationem magis probat Ricciolus, quam si Christum faciamus otiosum per annum integrum. Ipse Scaliger in animadv. ad Chron. Euseb. fatetur, *in sua de quinque Paschatis assertione sudandum sibi, & rem aggredi, quæ insaniam sapiat, verúmque esse in Evangelio Joannis, quatuor tantùm Paschatum vestigia extare.*

49. Antonius Pagi in sua critica in Annales Baronii ad annum Tiberii 19. multa movet ad fundamenta Recentiorum labefactanda, ut scilicet plurium veterum PP. sententiam defendat, qui mortem Christi affixerant diei 25. Martii, anni 29. æræ

Chri-

Christi, Tiberii 15. duobus Geminis Coss. Dicit enim 1.° non omnes numerasse annos Tiberii à morte C. Augusti, sed ab Imperio Tiberii Proconsulari; item aliquos desumpsisse annorum initia à tempore verno, alios ab autumnali, quandoque Imperatorum inaugurationem antecedente, interdum subsequente. Dicit 2. Non unam esse Olympiadum rationem: Julium Africanum integro biennio communes olympiades antevertisse; Phlegontis annum non eundem ab omnibus assignari; codices aliquos esse mendosos &c. quibus denique efficit, ut omnia incerta videantur. Interea difficulter evincet, quod videtur intendere: nam etsi 25.ª Martii, anni 29. fuerit feria 6. Plenilunium tamen accidit die 18. Martii ante æquinoctium, consequenter Judæi in suo Paschate & Luna XIV. errassent toto ferè octiduo, imò & lunatione, quæ primùm paschalis erat mense Aprili. Etsi autem Pagio facilè credatur eorum computum minus exactum fuisse, difficulter tamen persuadet, tantopere eos aberrasse eo tempore, quo jam erant in ejusmodi scientiis magis exculti. Propterea P. Grammatici assignat quidem

quidem cum Scriptoribus antiquis eundem annum 29. sed morti Christi diem tribuit aliam, nempe 18. Martii, quæ erat feria VI. in quam incidebat plenilunium: sed hanc diem nemo Patrum assignat, & Pascha Christi præcessisset æquinoctium quinque, & quod amplius est, diebus atque adeo Pascha non primo, sed ultimo mense celebratum fuisset. Ricciolius lib. 8. Chronol. reform. consideratis omnibus eligit annum Christi 33.^m & hanc opinionem non modo probabiliorem, sed ferè moraliter certam putat: quia plures ei conveniunt characteres chronologici: Et quamvis Patres antiquiores hunc annum & diem 3. Apr. non expresè definiant, videntur tamen ipsi ex adjectis non obscurè illum insinuare. Sic S. Ignatius epist. 5. ad Thrallianos scribit: *Triginta annos agens baptizatus est à Joanne in veritate, & non in phantasmate, & tribus annis prædicavit Evangelium, & fecit signa & prodigia.* Item Theodoretus in cap. 9. Danielis: *Cùm annos tres cum dimidio ferè prædicasset Dominus . . . tunc passus est.* Qui super hac re plura cupit, legere poterit tractatum de Epocha mundi conditi, & per mortem

Filii Dei reparati, quem nuper edidit P. Nicasius Grammatici: quanquam ista non sint ad scopum nostrum necessaria.

§. 3.

De Paschate Christianorum post Resurrectionem Domini.

50. PAscha *nostrum immolatus est Christus*, inquit Apost. 1. ad Cor. 5. Hic est *Agnus DEi*, cujus umbra fuit agnus ille Judæorum paschalis. Nomen Pascha derivatur à voce hebraica Pesach, quæ transitum significat. Transierat olim Dominus percutiens per Angelum primogenita Ægyptiorum, & liberans domus filiorum Israël signatas agni sanguine, ut isti quoque à captivitate Ægyptiaca transirent per mare rubrum in terram promissionis. Nunc transiit agnus noster divinus pro nobis immolatus de morte ad vitam, ut nos per mare rubrum sui sanguinis educeret è captivitate dæmonis & peccati in libertatem filiorum DEI, atque ita nos etiam de morte transiremus ad vitam, & terram promissionis cœlestem. Quare si Judæi quot-

quotannis recolebant in lege veteri memoriam tanti beneficii, longè magis utique convenit, ut nos recolamus memoriam beneficii tanto majoris, quanto res ipsa figuram rei superat. Hinc est, quod Ecclesia DEI ab Apostolorum temporibus festum Paschatis magna cum solemnitate celebraverit semper, *quanquam Sacramentorum genere discreto*, ùt ait Ceolfridus Abbat. Etsi porrò Ecclesia in lege gratiæ, non teneatur legalibus ceremoniis, voluit tamen Pascha Christianum, cujus figura fuit Pascha Hebræorum, non esse fixum, sed mobile, observando scilicet Lunam 14. primi mensis, ut recondita mysteria, quæ in ejus celebratione includuntur, per figuram magis explicentur, ùt paulò superiùs attigimus, & fusiùs exponunt SS. Patres. Addunt & alia moralia: S. Aug. ad inquisitiones Januarii dicit, observari mensem novorum, ut juxta monitum Apostoli expurgemus vetus fermentum, & simus conversio nova, Alii cum Theophilo dicunt, Pascha celebrari circa plenilunium, ut quemadmodum Luna pleno fulget orbe, nos similiter è peccatorum tenebris emergentes plena virtutum luce fulgeamus &c.

51. Er-

51. Etsi porrò convenirent in mense, non tamen conveniebant omnes in die: plerique cum Ecclesia Romana celebrabant Pascha die Dominico, qui proximè sequebatur diem 14. primi mensis: aliqui in Asia minore celebrabant ipso die 14. uti faciebant Judæi. Inter Asiaticos erat etiam S. Polycarpus, qui, ùt refert S. Hieron. in Catal. Script. Eccl. *Propter quasdam super die Paschæ quæstiones, sub Imperatore Antonino Pio, Ecclesiam in Urbe regente Aniceto, Romam venit.* Congressus cum illo Anicetus persuadere non potuit, ut morem hunc deponeret: neque tamen propterea inter ipsos fuit dissidium: & tandem, ùt refert Eusebius lib. 5. hist. Eccl. c. 24. *Cum pace alter discessit ab altero, quin rumperent vincula charitatis.* Sub Victoris Pontificatu longè magis exarsit illa controversia inter Asiaticos Episcopos & summum Pontificem. Concilium Romæ ad eam dirimendam celebratum, alia quoque tum in Oriente tum in Occidente coacta fuere Concilia, quæ uno consensu hanc tulere sententiam, esse videlicet celebrandum Pascha die Dominico, proximè sequente Lunam 14. primi mensis. Id etiam volebat

volebat Victor, & jam à Prædecessoribus suis statutum affirmabat, ut patet ex ejus Ep. Decretali ad Theophilum. Et reipsa Papa Pius jam ante Anicetum scripserat in sua decretali, ad omnes Ecclesias missa: *Nosse vos volumus, quòd Pascha Domini die Dominico annuis solemnitatibus celebrandum sit.*

52. Aliter tamen visum est Polycrati & Præsulibus Asiæ minoris, qui in Concil. Ephesi celebrato, ubi Polycrates erat Episcopus, consuetudinem firmarunt, à cæteris Ecclesiis reprobatam, de Paschate celebrando luna 14. in quemcunque diem incideret. Patet ex S. Hieron. c. 56. *Polycrates*, inquit, *Ephesinorum Episcopus cum cæteris Episcopis Asiæ, qui juxta quamdam veterem consuetudinem cum Judæis 14. Luna Pascha celebrabant, scripsit adversus Victorem Episcopum Rom. epistolam Synodicam, in qua docet se Apostoli Joannis & veterum Auctoritatem sequi.* Hanc epistolam refert Eusebius, in qua Polycrates cum suis Episcopis inter alia sic loquitur: *Nos diem Paschatis integrè, incorruptéque recolimus, neque addendo quidquam, neque detrahendo. Etenim hic in Asia obdormierunt in Domino*

præclara illa Ecclesiæ seminaria, Philippum dico . . . . His accedit Joannes, qui supra pectus Domini recubuit, qui Sacerdos fuit, qui laminam auream gestavit, qui Martyr & Doctor extitit, qui tandem Ephesi morte consopitus occubuit. Quid Polycarpum commemorem, qui Smyrnæ Episcopus & Martyr fuit? Quid Thraseam . . . . Isti omnes diem Paschatis 14. die Lunæ ex Evangelii præscripto observârunt. Tum alibi hæc subjungit: *Ego igitur, Fratres, qui 65. annos in Domino vixerim, qui multis cum Fratribus per orbem terrarum dispersis de fide communicaverim, qui universam S. Scripturam studiosè evolverim, his quæ nobis ad terrorem objiciuntur minimè conturbor: mei enim Majores dixerunt, magis Deo quàm hominibus obtemperandum.* Quæ verba innuunt jam tum Victorem Ep. Romanum excommunicationem Asiaticis interminatum fuisse: an autem hæserit intra minas, dubitatur: si Eusebio credimus, Asiaticos *ab unitate Catholica arcere habebat Victor in animo;* sed abstinuit suadente S. Irenæo.

53. Cùm Ecclesiæ certatim Concilia celebrarent, ederéntque decreta de legitimo celebrandi Paschatis tempore, Palæsti-

næ Episcopi in unum convenerunt circa annum Christi 198. Huic Concilio præerat Theophilus Cæsariensis Episcopus, post quem primas tenebat Narcissus Ep. Hierosolym. Decrevit autem Synodus Palæstina, Pascha celebandum esse Dominicâ proximè seq. Lunam 14. primi mensis, uti patet ex Eusebio, & S. Hieronymo, qui propterea laudat Theophilum c. 54. *Theophilus*, inquit, *Cæsareæ Palæstinæ Episcopus sub Severo Principe adversum eos, qui decimâ quartâ Lunâ cum Judæis Pascha faciebant, cum cæteris Episcopis synodicam valde utilem composuit epistolam.* Ven. Beda rationes affert, quibus ad hoc decernendum moti sunt Palæstinæ Episcopi, quas inter præcipua videtur, quia Dominica consecrata est resurrectioni Domini, qua die convenientissimè solvitur jejunium ante-paschale, cùm *hæc sit dies, quam fecit Dominus; exultemus & lætemur in ea.* Imprimis autem notanda sunt verba, quæ refert Eusebius lib. 5. c. 25. *Episcopi verò*, inquit, *Narcissus & Theophilus, & unà cum illis Cassius Ecclesiæ Tyri Episcopus, & Clarus, qui Ptolemaidis rexit Ecclesiam, quique cum istis in Palæstina in unum convenerant, in de-*

creto suo de Paschatis traditione, ex Apostolorum successione gradatim ad eos deducta, permulta disseruerunt.

54. Hinc enim confirmatur consuetudo Romanæ aliarúmque Ecclesiarum in celebratione Paschatis die Dominico lunam 14. proximè seq. quæ manasse videtur ex traditione Apostolica; si enim in Ecclesia Rom. uti testatur S. Irenæus lib. 3. adversus hæres. *Semper conservata est ea, quæ est ab Apostolis traditio*, hanc quoque Apostolicam fuisse colligitur, cùm in Ecclesia Rom. servata semper fuerit. Et certè Victor Papa non interminatus fuisset excommunicationem Asiaticis, nisi disciplina illa, cujus ad observationem illos compellere volebat, ex Apost. Traditione derivata esset. Hunc Romanæ Ecclesiæ morem confirmarunt Antistites Palæstinæ decreto suo *Paschatis traditione ex Apostolorum successione gradatim ad eos deducta*, Id ipsum postea fassus est Acesius Novatianus Episcopus; cùm enim sub finem Conc. Nicæni eum Constantinus Imperator interrogasset, utrum ipse & eidem fidei, & decreto quoque de Paschatis observatione assentiretur, respondit: *Nihil novi, o Imperatra-*

perator! Concilium decrevit, statuitque. Nam antiquitus à primis Ecclesiæ jactis fundamentis, & ab Apostolorum temporibus, eandem fidei decisionem derivatam fuisse, & idem tempus festi Paschatis celebrandi observatum accepi. Ita Socrates lib. 1. hist. c. 10. Hinc Leo M. & Proterius Patriarcha Alex. conveniunt, & disertis verbis ostendunt, Romanam Ecclesiam accepisse à S. Petro hanc celebrandi paschatis disciplinam, eandémque traditam fuisse Alexandrinæ Ecclesiæ à S. Marco: ùt patet ex Eorum epistolis apud Ven. Bed. cap. 42. de rat. tem. Idem docet Ceolfridus Abbas in epist. ad Naitanum Pictorum Regem, in qua assignat tres celebrandi Paschatis regulas: duas ex lege, quas retinet Ecclesia, nempe ut observetur primus mensis & luna 14. tum subjungit: *Additúmque est per institutionem Apostolicam ex Evangelio (propter Resurrectionem Dominicam) ut in ipsa 3. septimana diem Dominicum expectare, atque in ea temporis paschalis initium tenere debeamus.* Plura continet tota hæc epist. ut videre est apud Bedam lib. 5. hist. Eccl. gentis Anglorum cap. 22. & apud Hauduinum in Collect. Conc.

55. Neque obſtat huic traditioni Apoſtolicæ, quod ſuperius Polycrates aſſerebat de traditione contraria, quam derivabat à S. Joanne Apoſtolo; imprimis enim gratis aſſerit, morem hunc obſervatum eſſe ex præſcripto Evangelii, cùm ceremoniæ legis potius abrogatæ ſint per Chriſtum, ùt conſtat ex novo teſtamento, Deinde non erat hæc traditio propriè dicta, ſive ex mandato apoſtolico tradito à S. Joanne, ſed potius conſuetudo, quam permiſerat S. Joannes, nusquam præceperat, & fortè nec obſervaverat. Ipſe Polycrates in epiſt. ad Victorem, conſuetudinem quidem urget, nullius autem Legis aut Mandati Apoſtolici meminit. Exemplum, quod affert, S. Joannis, eſt omnino dubium. Card. Baronius de Socrate Novatiano ſic loquitur: *Cùm Judæis quoque ipſe celebrans paſcha quartadecima Luna, cujus inſtitutionis Joannem Evangeliſtam fuiſſe auctorem calumniatur: quem potius id, ſicut alia multa in illa tunc nuper exorta & coaleſcente primitiva Eccleſia toleraſſe putandum eſt.* Certè cùm legerem epiſtolas S. Ignatii Mart. qui Aſiam peragraverat, & erat diſcipulus Beatiſſimi Joannis Evang.

ùt

ut habetur in prologo editionis Venetæ, nusquam reperi vestigium hujus traditionis, sed potius contrarium. In epist. ad Magnesianos sic loquitur : *Vetera transierunt, ecce nova facta sunt omnia . . omnis Christi amator Dominicum celebret diem resurrectioni consecratum Dominicæ, reginam & principem omnium dierum . . . . absurdum est, Jesum Christum sonare linguâ, & mente non habere judaismum abolitum.* Et adhuc expressius in epist. ad Philippenses: *Adhuc dico Episcopo & Presbyteris in Domino, quicunque cum judæis Pascha egerit, aut solemnia dierum festorum eorum susceperit, comparticipabit eis, qui Dominum & Apostolos ejus occiderunt.* Consonat Editio Parisiensis græca & latina, Serenifs. Principi Ernesto Bavariæ Duci, Archi-Episcopo Colonienf. & S. R. I. Electori dedicata. *εἴ τις μετὰ Ἰȣδαίων ἐπιτελεῖ τὸ Πάσχα . . . κοινωνός ἐςι τῶν ἀποκτεινάντων τὸν κύριον.*

56. Unde præsumendum non est, hujus consuetudinis Auctorem fuisse S. Joannem, sed duntaxat tolerasse : cùm enim versaretur inter Judæos, & hæc Paschatis cum illis celebratio primis Ecclesiæ initiis multum faceret ad Christianæ religionis

propagationem, nec esset res fidei, sed disciplinæ tantùm, potuit hanc permittere Apostolus, ut plures Christo lucrifaceret. Sic D. Paulus Timotheum circumcidit, Titum non circumcidit. Alii Apostoli aliter cum Gentilibus, aliter cum Judæis vivebant: observabant interdum Legalia, interdum non observabant: & abstinentia à sanguine & suffocato erat quidem ab Apostolis, non tamen in perpetuum observanda. Quare ex conniventia S. Joannis non infertur traditio Apostolica, propriè dicta, qualis erat Romana, quæ manabat ex doctrina & institutione Apostolorum, ùt vidimus num. 54. & hanc confirmavit Conc. Nicænum, ipsíque Asiatici tandem agnoverunt, ùt dicetur inferius.

57. Sed jam oritur quæstio, an igitur hæc controversia de Paschate pertineret ad fidem, vel ad disciplinam tantùm: atque ex dictis respondendum videtur, quæstionem hanc spectasse ad disciplinam; erat enim de re, quæ à variis Ecclesiis variè observabatur absque dispendio unitatis & pacis, ùt patet ex dictis de Aniceto Papa, & constat etiam ex factis Pii, Hygini,

gini, Telesphori, Sixti, Romanorum pariter Pontificum, qui communicaverunt cum Ecclesiis Asiaticis, pascha celebrantibus Luna 14. & ad Episcopos illarum Ecclesiarum Eucharistiam miserunt, ùt testatur S. Irenæus apud Eusebium lib. 5. c. 24. hæc igitur controversia potius disciplinam spectabat, quàm fidem; nam fides eadem est omnium Ecclasiarum, modo veræ sint; sola disciplina potest esse diversa, ùt loquitur Irenæus, Tertul. &c. Deinde S. Irenæus Auctor fuit Victori, *ne tam multas Ecclesias omnino, propter traditionis ex antiqua consuetudine inter illas usurpatæ observationem, à corpore universæ Christi Ecclesiæ penitus amputaret*, ùt testatur Eusebius loc. cit. Jam si quæstio fuisset de fide, hæretici fuissent Asiatici, ac proinde jure communionis excidissent; atque adeo anathema ab iis non avertisset vir Apostolicus.

58. Neque dicas, Quartodecimanos, qui Pascha celebrabant Luna 14. habitos fuisse inter Hæreticos à S. Epiph. Theod. Aug. &c. consequenter hanc quæst. non spectasse disciplinam tantùm, sed etiam fidem. Nam distinguendum est inter

Quartodecimanos: imprimis illi, qui Pascha celebrabant Luna 14. priusquam hæc quæstio fuerit decisa ab Ecclesia, & sufficienter proposita, quales erant S. Polycarpus, & alii viri sancti, nec habiti sunt hæretici, nec Schismatici. Qui deinde postea contumaces erant, & contra Ecclesiæ decretum ac morem pascha celebrabant Luna 14. quales erant Audiani, potius habiti sunt Schismatici, quàm hæretici. Sic eos appellat S. Epiph. lib. 3. *Audianorum*, inquit, *propriè Schisma ac defectio, non hæresis est.* Sed quia plerumque Schisma non procul abest ab hæresi, multi ex Quartodecimanis præsumebantur & habiti sunt hæretici, illi nempe, qui ex falsis principiis suam stabiliebant opinionem, & reliquos arguebant erroris. Tales erant Nazaræi, qui legis observantiam cum Evangelio conjungendam volebant, de quibus S. Epiph. hæres. 50. *Nam judaicis insuper fabulis inhærent.* Et eorum aliqui allegabant pro se illud legis; *Maledictus, qui non fecerit Pascha 14. die mensis.* Inter istos erat etiam Blastus, de quo Tertull. in lib. de præscript. c. 58. *Est præterea his omnibus etiam Blastus accedens, qui latenter judais-*

daismum vult introducere: Pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundùm legem Moysi, XIV. mensis. Quis autem nesciat, quoniam Evangelica gratia evacuatur, si ad legem Christum redigit? Tales poterant esse alii, qui apud Nicephorum lib. 4. c. 36. *quartum decimum diem Lunæ observandum esse necessariò duxerunt, quando & Judæi ex præscripto legis agnum mactare, & pascha suum manducare soliti sunt. Perinde atque necessitas prorsus quædam imposita eis esset in quemcunque diem hebdomadis incidisset, eo ipsô die stata consuetáque solverentur jejunia, & . . . una cum Judæis sacrum nostri paschatis mysterium celebraretur.* Per hoc enim turpiùs errabant ipsi, quod necessitatem ita celebrandi imponerent, & reliquos arguerent erroris: eo ferè modo, quo postea Græci Latinos erroris arguebant, quod Eucharistiam conficerent in azymo, ac propterea per hoc magis errabant, quàm quia conficiebant in fermentato. Quale autem fuerit Pascha Quartodecimanorum, non ita clarè explicant Scriptores antiqui, sed simpliciter dicunt, illos celebrasse Pascha cum Judæis Lunâ 14. P. Daniel cit. n. 36. contendit, illos non cele-

celebrasse Pascha Resurrectionis, sed Pascha Passionis, diem autem resurrectionis celebrasse tertio postea die, nempe Lunâ 17. quâ Christum resurrexisse dicebant. Sed esto, hæc ita sint, minùs rectè tamen agebant illi contra morem aliarum Ecclesiarum: licet enim antiquitus nomen Paschæ tribueretur interdum Passionis diebus, imò toti hebdomadæ majori, id tamen fiebat relatè ad diem Dominicam, quâ Christus de morte transivit ad vitam, & quæ propterea verum est Pascha Christianorum, à quo dies consequentes & antecedentes suo modo dici possunt Paschales, in quibus etiam hodie communio paschalis peragitur. At quartodecimani pascha suum propriè celebrabant Lunâ 14. & huic nomen Paschatis tribuebant, ùt constat ex dictis. Unde multiplici ex capite redargui poterant: imprimis, quòd scrupulosiùs observarent ceremonias Judaicas, instituendo die 14. convivium paschale, asservando agnum paschalem à die 10. usque ad 14. quâ illum manducabant, ùt refert S. Epiph. hæres. 50. Hinc à S. Ignatio & aliis reprehenduntur, quòd agerent Pascha cum Judæis. 2.º Quod solverent

verent jejunia ante vesperam Sabbati contra traditiones Evangelicas, ùt loquitur Theophilus & alii. P. Daniel dicit equidem, non solvisse omnino imponendo finem, sed interrupisse tantùm, jejunando iterum usque ad diem resurrectionis, tempore passionis Domini. Sed neque ista sat clarè probantur, nec carent difficultate: nam juxta ipsum dies resurrectionis illis erat tertius à suo Paschate, qui planè non erat semper Dominicus; igitur diem resurrectionis celebrabant extra Dominicam contra traditionem Apostolicam. Deinde cùm dies Dominica incidebat in Lunam 15. aut 16. vel illi jejunabant die Dominico, quod certà nec conveniebat, nec licebat: vel non jejunabant tempore passionis, aut in vigilia resurrectionis, quo tamen jejunio, & mortem Christi recoluisse, & se ad festum resurrectionis præparasse scribuntur. Sed hæc fusiùs examinare non facit ad finem nostrum: hìc satìs est scire, Quartodecimanos celebrasse Pascha contra morem aliarum Ecclesiarum, quæ certò Pascha legitimè celebrabant, ùt postea definitum est in Concilio Nicæno.

§. 4.

§. 4.

Quid ratione Paſchatis actum ſit in Concilio Nicæno, & poſtea obſervatum?

59. ETſi controverſia hæc de Paſchate poſt tot Pontificum & Conciliorum decreta, & nuper primùm anno 314. in Conc. Arelatenſi, ubi ex Manuſcript. apud Harduinum à 600. Epiſcopis can. 1. decernitur, *ut Paſcha uno die & uno tempore per omnem orbem obſervetur*, etſi, inquam, controverſia hæc videri poterat, & erat revera ſufficienter deciſa; voluit tamen Eccleſia deciſionem hanc confirmare in Concilio plenario, anno 325. Nicææ in Bithynia celebrato ſub S. Sylveſtro Pontifice Romano, Conſtantino Imperatore omnem ad hoc operam conferente; ut ſcilicet omnes per orbem Chriſtiani ad pacem & unitatem faciliùs reducerentur, Nec erant adeo multi, qui tunc à reliquis diſſentiebant; nam paucos Syros nempe, Meſopotamos, & aliquos Cilices enumerat S. Athanaſius in epiſt. de Syno-

Synodis Arimini & Seleuciæ, *qui in causa festi claudicabant, atque una cum Judæis pascha celebrabant.* Et hos paucos tot aliorum exemplo reducere sperabat Constantinus, ùt patet ex ejus epist. ad Ecclesias, relata ab Euseb. lib. 3. de vita Constant. ubi sic loquitur: *Ipséque in me recepi vestram sapientiam facile assensuram; vos videlicet, quod in urbe Roma, in Italia, in Africa, in Ægypto, in Hispania, in Gallia & Britania, in Lybia & universa Gracia, in Diœcesi Asiatica & Pontica, in Cilicia denique, una & consentiente sententia conservatur, hoc etiam vestrâ prudentiâ lubentes approbaturos.*

60. Ne igitur Christiani Luna 14. cum Judæis in Paschate concurrerent, & ut disciplina celebrandi Paschatis à S. Petro, Ecclesiæ Rom. tradita ubique locorum servaretur, Concilium Nicænum sanctione 21. apud Harduinum in Collect. Concilior. edidit hoc decretum: *Concorditer Pascha celebrent unâ eadémque die, quâ Dominus resurrexit à mortuis, quæ quartam decimam Lunam primi mensis subsequitur.* Et quidem unanimi Patrum consensu (318. Episcopos numerat Dionysius Exiguus) utì scribit Constantinus Imperator in sua epist.

Verùm,

propagationem, nec esset res fidei, sed disciplinæ tantùm, potuit hanc permittere Apostolus, ut plures Christo lucrifaceret. Sic D. Paulus Timotheum circumcidit, Titum non circumcidit. Alii Apostoli aliter cum Gentilibus, aliter cum Judæis vivebant: observabant interdum Legalia, interdum non observabant: & abstinentia à sanguine & suffocato erat quidem ab Apostolis, non tamen in perpetuum observanda. Quare ex conniventia S. Joannis non infertur traditio Apostolica, propriè dicta, qualis erat Romana, quæ manabat ex doctrina & institutione Apostolorum, ùt vidimus num. 54. & hanc confirmavit Conc. Nicænum, ipsíque Asiatici tandem agnoverunt, ùt dicetur inferius.

57. Sed jam oritur quæstio, an igitur hæc controversia de Paschate pertineret ad fidem, vel ad disciplinam tantùm: atque ex dictis respondendum videtur, quæstionem hanc spectasse ad disciplinam; erat enim de re, quæ à variis Ecclesiis variè observabatur absque dispendio unitatis & pacis, ùt patet ex dictis de Aniceto Papa, & constat etiam ex factis Pii, Hygini,

gini, Telesphori, Sixti, Romanorum pariter Pontificum, qui communicaverunt cùm Ecclesiis Asiaticis, pascha celebrantibus Luna 14. & ad Episcopos illarum Ecclesiarum Eucharistiam miserunt, ùt testatur S. Irenæus apud Eusebium lib. 5. c. 24. hæc igitur controversia potius disciplinam spectabat, quàm fidem; nam fides eadem est omnium Ecclasiarum, modo veræ sint; sola disciplina potest esse diversa, ùt loquitur Irenæus, Tertul. &c. Deinde S. Irenæus Auctor fuit Victori, *ne tam multas Ecclesias omnino, propter traditionis ex antiqua consuetudine inter illas usurpatæ observationem, à corpore universæ Christi Ecclesiæ penitus amputaret*, ùt testatur Eusebius loc. cit. Jam si quæstio fuisset de fide, hæretici fuissent Asiatici, ac proinde jure communionis excidissent, atque adeo anathema ab iis non avertisset vir Apostolicus.

58. Neque dicas, Quartodecimanos, qui Pascha celebrabant Luna 14. habitos fuisse inter Hæreticos à S. Epiph. Theod. Aug. &c. consequenter hanc quæst. non spectasse disciplinam tantùm, sed etiam fidem. Nam distinguendum est inter

Quartodecimanos; imprimis illi, qui Pascha celebrabant Luna 14. priusquam hæc quæstio fuerit decisa ab Ecclesia, & sufficienter proposita, quales erant S. Polycarpus, & alii viri sancti, nec habiti sunt hæretici, nec Schismatici. Qui deinde postea contumaces erant, & contra Ecclesiæ decretum ac morem pascha celebrabant Luna 14. quales erant Audiani, potius habiti sunt Schismatici, quàm hæretici. Sic eos appellat S. Epiph. lib. 3. *Audianorum*, inquit, *propriè Schisma ac defectio, non hæresis est.* Sed quia plerumque Schisma non procul abest ab hæresi, multi ex Quartodecimanis præsumebantur & habiti sunt hæretici, illi nempe, qui ex falsis principiis suam stabiliebant opinionem, & reliquos arguebant erroris. Tales erant Nazaræi, qui legis observantiam cum Evangelio conjungendam volebant, de quibus S. Epiph. hæres. 50. *Nam judaicis insuper fabulis inhærent.* Et eorum aliqui allegabant pro se illud legis; *Maledictus, qui non fecerit Pascha 14. die mensis.* Inter istos erat etiam Blastus, de quo Tertull. in lib. de præscript. c. 58. *Est præterea his omnibus etiam Blastus accedens, qui latenter judaiſ-*

daismum vult introducere : Pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundùm legem Moysi, XIV. mensis. Quis autem nesciat, quoniam Evangelica gratia evacuatur, si ad legem Christum redigit ? Tales poterant esse alii, qui apud Nicephorum lib. 4. c. 36. *quartum decimum diem Lunæ observandum esse necessariò duxerunt, quando & Judæi ex præscripto legis agnum mactare, & pascha suum manducare soliti sunt. Perinde atque necessitas prorsus quædam imposita eis esset in quemcunque diem hebdomadis incidisset, eo ipsó die stata consuetáque solverentur jejunia, & . . . una cum Judæis sacrum nostri paschatis mysterium celebraretur.* Per hoc enim turpiùs errabant ipsi, quod necessitatem ita celebrandi imponerent, & reliquos arguerent erroris: eo ferè modo, quo postea Græci Latinos erroris arguebant, quod Eucharistiam conficerent in azymo, ac propterea per hoc magis errabant, quàm quia conficiebant in fermentato. Quale autem fuerit Pascha Quartodecimanorum, non ita clarè explicant Scriptores antiqui, sed simpliciter dicunt, illos celebrasse Pascha cum Judæis Lunâ 14. P. Daniel cit. n. 36. contendit, illos non

cel-

celebrasse Pascha Resurrectionis, sed Pascha Passionis, diem autem resurrectionis celebrasse tertio postea die, nempe Lunâ 17. quâ Christum resurrexisse dicebant. Sed esto, hæc ita sint, minùs rectè tamen agebant illi contra morem aliarum Ecclesiarum: licet enim antiquitus nomen Paschæ tribueretur interdum Passionis diebus, imò toti hebdomadæ majori, id tamen fiebat relatè ad diem Dominicam, quâ Christus de morte transivit ad vitam, & quæ propterea verum est Pascha Christianorum, à quo dies consequentes & antecedentes suo modo dici possunt Paschales, in quibus etiam hodie communio paschalis peragitur. At quartodecimani pascha suum propriè celebrabant Lunâ 14. & huic nomen Paschatis tribuebant, ùt constat ex dictis. Unde multiplici ex capite redargui poterant: imprimis, quòd scrupulosiùs observarent ceremonias Judaicas, instituendo die 14. convivium paschale, asservando agnum paschalem à die 10. usque ad 14. quâ illum manducabant, ùt refert S. Epiph. hæres. 50. Hinc à S. Ignatio & aliis reprehenduntur, quòd agerent Pascha cum Judæis. 2.º Quod solverent

verent jejunia ante vesperam Sabbati contra traditiones Evangelicas, ùt loquitur Theophilus & alii. P. Daniel dicit equidem, non solvisse omnino imponendo finem, sed interrupisse tantùm, jejunando iterum usque ad diem resurrectionis, tempore passionis Domini. Sed neque ista sat clarè probantur, nec carent difficultate: nam juxta ipsum dies resurrectionis illis erat tertius à suo Paschate, qui planè non erat semper Dominicus; igitur diem resurrectionis celebrabant extra Dominicam contra traditionem Apostolicam. Deinde cùm dies Dominica incidebat in Lunam 15. aut 16. vel illi jejunabant die Dominico, quod certà nec conveniebat, nec licebat: vel non jejunabant tempore passionis, aut in vigilia resurrectionis, quo tamen jejunio, & mortem Christi recoluisse, & se ad festum resurrectionis præparasse scribuntur. Sed hæc fusiùs examinare non facit ad finem nostrum: hìc satìs est scire, Quartodecimanos celebrasse Pascha contra morem aliarum Ecclesiarum, quæ certò Pascha legitimè celebrabant, ùt postea definitum est in Concilio Nicæno.

§. 4.

§. 4.

Quid ratione Paschatis actum sit in Concilio Nicæno, & postea observatum?

59. ETsi controversia hæc de Paschate post tot Pontificum & Conciliorum decreta, & nuper primùm anno 314. in Conc. Arelatensi, ubi ex Manuscript. apud Harduinum à 600. Episcopis can. 1. decernitur, *ut Pascha uno die & uno tempore per omnem orbem observetur*, etsi, inquam, controversia hæc videri poterat, & erat revera sufficienter decisa; voluit tamen Ecclesia decisionem hanc confirmare in Concilio plenario, anno 325. Nicææ in Bithynia celebrato sub S. Sylvestro Pontifice Romano, Constantino Imperatore omnem ad hoc operam conferente; ut scilicet omnes per orbem Christiani ad pacem & unitatem faciliùs reducerentur, Nec erant adeo multi, qui tunc à reliquis dissentiebant; nam paucos Syros nempe, Mesopotamos, & aliquos Cilices enumerat S. Athanasius in epist. de Syno-

Synodis Arimini & Seleuciæ, *qui in causa festi claudicabant, atque una cum Judæis pascha celebrabant.* Et hos paucos tot aliorum exemplo reducere sperabat Constantinus, ùt patet ex ejus epist. ad Ecclesias, relata ab Euseb. lib. 3. de vita Constant. ubi sic loquitur: *Ipséque in me recepi vestram sapientiam facile assensuram; vos videlicet, quod in urbe Roma, in Italia, in Africa, in Ægypto, in Hispania, in Gallia & Britania, in Lybia & universa Gracia, in Diœcesi Asiatica & Pontica, in Cilicia denique, una & consentiente sententia conservatur, hoc etiam vestrâ prudentiâ lubentes approbaturos.*

60. Ne igitur Christiani Luna 14. cum Judæis in Paschate concurrerent, & ut disciplina celebrandi Paschatis à S. Petro, Ecclesiæ Rom. tradita ubique locorum servaretur, Concilium Nicænum sanctione 21. apud Harduinum in Collect. Concilior. edidit hoc decretum: *Concorditer Pascha celebrent unâ eadémque die, quâ Dominus resurrexit à mortuis, quæ quartam decimam Lunam primi mensis subsequitur.* Et quidem unanimi Patrum consensu (318. Episcopos numerat Dionysius Exiguus) utì scribit Constantinus Imperator in sua epist.

Verùm

Verùm ut ſummam rei breviter complectar, viſum eſt communi omnium judicio, ſacratiſſimum Paſchatis feſtum uno eodémque die celebrandum eſſe: neque enim in re tam ſancta & ſolenni ulla diſſenſio debet exiſtere. Hoc ipſum rurſus fuit confirmatum in Conc. Romano à Sylveſtro Papa & 275. Epiſcopis, præſente Conſtantino Auguſto. Controverſia hæc de Paſchate viſa tunc eſt feliciter ad finem perducta, utì patet ex epiſt. ſynodica ipſius Concilii Nicæni ad Alexandrinam Eccleſiam, quam refert Theodoretus lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 11. *Quod autem*, inquiunt Patres, *ad omnium conſenſum de ſacratiſſimo feſto Paſchatis celebrando attinet, ſcitote, quod veſtris precibus controverſia de ea re ſuſcepta, prudenter & commodè ſedata eſt: ita ut omnes Fratres, qui orientem incolunt, quique Judæorum conſuetudinem ante in eo feſto obſervando imitari ſolent, jam Romanos, nos & omnes vos, qui eundem morem, quem nos, in illo recolendo à primis temporibus tenuiſtis, ſint conſentientibus animis in eodem celebrando deinceps ſecuturi.*

61. Nihilominus poſtea in extremo tunc occidente iterum ſuſcitata eſt controverſia apud Scotos & Britones, qui ab anno

anno 566. ad annum ferè 716. in eo versati sunt errore, ut Lunâ 14. pascha celebrarent, si in eam Dominica dies incurreret. Nempe celebrabant quidem pascha die Dominica, sed à 14. primi mensis ad diem 20. inclusivè, contra morem aliarum Ecclesiarum, quibus termini sunt 15.ª & 21.ma utrinque inclusivè. Adeóque in eo conveniebant cum Christianis, quòd Pascha propter Christi résurrectionem die Dominico celebrarent: in eo autem conveniebant cum Judæis, quòd festum illud celebrarent Lunâ 14. si dies Dominicus in illam diem incideret. De his breviter dicendum videtur, illos potuisse sub initium à macula hæresis aut Schismatis absolvi, successu temporis autem difficulter potuisse ab omni contumacia purgari. Primum patet ex Ven. Beda lib. 3. hist. Ang. qui scribit morem hunc observatum fuisse à viris sanctitate conspicuis; sed qui, utpote ultra orbem positi, nescirent omnes computi rationes & observantiæ decreta, atque adeo errasse potius ex ignorantia, quàm pertinacia, proinde nec inter hæreticos, nec inter Schismaticos esse habendos. Alterum patet ex eodem Ven. Bed.

qui Britonum contumaciam successu temporis luculenter ostendit, eo quòd eorum multi restiterint imprimis Wilfrido, qui eis ostenderat universalis Ecclesiæ decreta, & morem apud omnes nationes observatum, *præter hos tantùm*, Wilfridi sunt verba, *& obstinationis eorum complices, Pictos dico & Britones, cum quibus de duabus ultimis Oceani insulis, his non totis, contra totum orbem stulto labore pugnant.* Deinde obstiterunt S. Augustino Anglorum Apostolo, ipsos ad legitimum observandi Paschatis ritum reducere nitenti, potiúsque suum morem voluerunt retinere, quàm sequi Romanum; ut adeo S. Antistes in has voces eruperit: *Obsecremus Deum, qui habitare facit unanimes in domo, ut ipse nobis insinuare cælestibus signis dignetur, quæ sequenda traditio.* Neque post redditum cæco visum statim dedere manus, sed etiam voluerunt convocari Synodum. Denique controversia hæc inter Britones composita videtur tempore Naitani Pictorum Regis, qui ea de re consuluit viros sapientes, inter quos Ceolfridus Abbas in Anglia, qui per epistolam circa annum 714. Regem plenè docuit ritum observandi pascha-

paſchatis; inter alias hanc ex apoſtolica traditione notavit regulam: *Primo menſe, adveniente in eo veſpera diei 14. expectetur etiam dies Dominica à 15. uſque ad 21. diem ejuſdem menſis. In quacunque enim harum inventa fuerit, merito in ea Paſcha celebrabitur.*

62. Hæc enimvero regula ubique in aliis Eccleſiis obſervabatur, & eam tradiderat Joannes IV. in Literis ad Gentem Scotorum datis, *evidenter adſtruens, quia Dominicum Paſcha diem à 15. Luna uſque ad 21. Lunam (quod in Nicana Synodo probatum eſt) oporteret inquiri.* Hinc Luna 14. fuit ſemper verus terminus Paſchalis, poſt quem proximo die Dominico in tertia menſis lunaris hebdomada, paſcha celebrandum erat. Id teſtatur B. Iſidorus Hiſp. lib. 1. de Eccl. off. c. 31. *In tertia hebdomada Luna Paſcha celebratur, id eſt, qui dies occurrerit Dominicus à quinto decimo in vigeſimum primum.* Quod ante ipſum jam docuerat S. Aug. epiſt. ad Januarium de Rit. Eccl. ubi ait: *Tertia hebdomada Luna Paſcha celebratur.* Et S. Gaudentius ſerm. 1. *Et ideo nec intra decimam quartam, nec ultra viceſimam primam celebrare poſſumus.*

Unde Paulus Mildeburg. posteris temporibus ex communi Computistarum consensu lib. 12. ita concludit: *Nos ergo in supputatione Lunæ Paschalis diem oppositionis Luminarium vocabimus Lunam 15. quæ si in die Dominico inciderit, eidem Pascha celebrandum annotabimus, juxta canonem à SS. Patribus in Nicæna Synodo institutum quo Pascha celebrari præcipitur die Dominico à 14. Luna usque ad 21. hoc est, die Dominico primo post 14. Lunam.*

63. Cùm autem ex dictis n. 34. Primus mensis sit ille. cujus Luna 14. vel in æquinoctium cadit, vel æquinoctium vernum proximè sequitur, exponendum restat, qua ratione mensis initium, & æquinoctium inquiri debeat & determinari juxta mentem Concilii Nicæni, & SS. Patrum paschales regulas explicantium. Qua in re testem habemus omni exceptione majorem D. Ambrosium in epistola, quam integram referunt Magdeburgenses, Cent. 4. cap. 6. tit. de Festis. Sic igitur Episcopis per Æmiliam constitutis mentem Patrum Nicænorum aliorúmque Majorum explicat S. Doctor: *Non mediocris esse sapientiæ diem celebritatis definire Paschalis, &*

Scriptu-

Scriptura Divina nos instruit, & traditio Majorum. Qui convenientes ad Synodum Nicænam inter illa fidei, ùt vera ita admiranda decreta, etiam super celebritate memorata, congregatis peritissimis calculandi, decem & novem annorum collegêre rationem, & quamdam constituêre circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur: hunc circulum Enneadecaterida nuncuparunt . . . . Duo autem sunt observanda in solemnitate Paschæ: quarta decima Luna, & primus mensis, qui dicitur novorum . . . . Incipit autem mensis non secundùm vulgarem usum, sed secundùm consuetudinem peritorum ab æquinoctio, qui dies est duodecimo Calendas Aprilis. En regulam duplicem, claram & facilem, unam pro æquinoctio, alteram pro determinando primi mensis initio; cùm enim Patres Nicæni eo præcipuè collimarent, ut omnes per orbem Christiani Pascha *concorditer* celebrarent, tales præscripserunt regulas, quæ essent fidelium captui accommodatæ, & ubique locorum æqualiter possent observari.

64. Imprimis igitur, quod æquinoctium spectat, illud affixerunt diei 21. Martii, prout fere accidebat tempore

Concilii Nic. Etsi enim astronomicè loquendo, sedes æquinoctii propter discrepantiam annorum politicorum ab astronomicis, & eorundem inæqualitatem inter se propter bissextiles, diei certæ affigi non possit: in Calendario tamen politico dies hæc 21. sapientissimè determinata est, quia inter extremas quasi media. Hinc autem sequitur, initium primi mensis nunquam esse ante diem 8. Martii, alias Luna 14. caderet ante æquinoctium, consequenter mensis iste non esset primus, sed ultimus anni lunaris præcedentis: primum ergo limitem mensis primi statuerunt die 8. Martii, alterum verò limitem die 5. Aprilis, interponendo scilicet, aut potius includendo lunationem cavam 29. dierum; cùm enim ex dictis n. 14. Annus lunaris politicus constet mensibus alternatim 29. & 30. dierum, elegerunt illi pro limitibus noviluniorum primi mensis Lunationem cavam, quæ se se offerebat in Calendario ab 8. Martii ad 5. Aprilis inclusivè, uti patet ex numeris aureis, quos descripsimus n. 27. Igitur initium primi mensis semper invenitur inter 8. Martii, & diem 5. Aprilis, utrinque inclusivè; inde

inde sequitur nullam esse Lunam 14. paschalem ante 21. Martii, nec rejici posse ultra diem April. 18. Consequenter Pascha non celebratur ante 22. Mart. neque post 25. Aprilis: intra hos limites autem, *observamus decimam quartam, transgredimur æquinoctium, & ferimus in sanctam Dominicam finem complementi*, uti apud Magdeburg. loc. cit. requirit S. Epiphanius: & hæc est illa Dominica, *quæ quartam decimam lunam primi mensis subsequitur*, uti præscribit Concilium Nicænum.

65. Hanc civilem computandi rationem fuisse juxta mentem Conc. Nicæni & primorum Patrum, colligimus non tantum ex D. Ambrosio, sed ex aliis etiam Scriptoribus. Hoc docet ex Isidoro & Theophilo Pisani in canonem 6. Conc. Nicæn. Hoc supponunt cycli paschales Theophili, Cyrilli Alexand. Dionysii, Bedæ &c. Hoc loquuntur Patres sup. citati, qui in suis paschalibus regulis, mensium, hebdomadarum, dierum rationem habent, prout in anno lunari politico notari solent. Et hanc fuisse praxim universalis Ecclesiæ, testatur Venerab. Beda, dum lib. de rat. temp. cap. 49. Victorium

ſic alloquitur: *Nos Ægyptiam calculandi diſciplinam, quæ & tuo judicio, & univerſalis Eccleſiæ conſenſu verior apparet, omnibus ſequendam novimus; initium videlicet primi menſis ab 8. Iduum Martiarum uſque in Nonarum Aprilium diem. Quartas decimas verò Lunas Paſchæ à duodecimo Calend. Apr. uſque in 14. Cal. Majas. Porrò diem Paſchæ Dominicum ab 11. Cal. April. uſque in 7. Cal. Majarum, & hoc in Luna XV. uſque ad XXI. eſſe quærendum.* Hoc idem iisdem ferè verbis confirmat Rabanus Archiep. Mogunt. lib. 2. de Inſtit. Cler. cap. 39. rum addit: *Nunquam ergo contingere poteſt, ut Luna quarta decima primi menſis ante vernale æquinoctium, quod fit XII. Calendas Aprilis eveniat.* En æquinoctium, & terminos paſchales ſuperiùs determinatos! En quoque decem & novem annorum circulum, à Nicæna Synodo, ut aſſerebat S. Ambroſius, conſtitutum, rurſus à Ven. Beda confirmatum, lib. de temp. c. 11. *Cyclum decennovenalem propter XIV. Lunas paſchales Nicæna Synodus inſtituit.* Hoc eſt inſtauravit, nam ex B. Iſidoro lib. 6. orig. c. 17. *Paſchalem cyclum Hyppolitus Epiſcopus* jam *temporibus Alexandri Imperatoris conſcripſit.*

scripsit. Postquam probatissimi Authores Eusebius Cæsar. Theophilus Alexand. Prosper, Victorinus &c. multiplices circulos ediderunt. Imo ejus originem altius repetit Ceolfridus in epist. ad Naitanum Regem, in qua sic scribit: *Hic autem, quem vobis sequendum monstramus, computus Paschæ decennovenali circulo continetur, qui dudum quidem hoc est, ipsis Apostolorum temporibus, jam servari in Ecclesia cœpit, maximè Romæ & Ægypti, ùt supra diximus; sed per industriam Eusebii, qui à B. Martyre Pamphilo cognomen habet, distinctius in ordinem compositus est.* Et hunc civilem Paschatis computum abundè manifestant exempla, è variis antiquitatum monumentis excerpta, ùt suo loco dicetur.

66. Etsi autem Ecclesia computum civilem, utpote fidelibus per orbem dispersis in celebrando uniformiter Paschate commodiorem, elegerit, talem nihilominus à Concil. Nic. temporibus optavit semper, qui cœlorum motibus, quantum fieri potest, consonaret, & sedulam quoque curam impendit, ne in celebrando Paschate obreperet error. Inde est, quod Ecclesia cycli paschalis conficiendi provin-

ciam imposuerit Alexandriæ Patriarchis, *quoniam apud Ægyptios hujus supputationis antiquitus tradita esse videbatur peritia*, utì loqùitur S. Leo M. in epist. 64. ad Martianum Augustum data. Cùm enim cycli paschales dependeant à rationibus astronomicis, conveniens erat cyclorum curam iis committere, qui erant in hac scientia magis versati: imo illud erat pernecessarium, cùm tunc astronomia non esset in ea perfectione, in qua nunc est, multa essent incerta, opiniones diversæ, neque cyclorum bonitas per experientiam sufficienter probata esset. Accedit, quod in Ecclesia, quæ tunc latius per Ægyptum, Palæstinam, Syriam, Græciam, Asiam minorem diffundebatur, diversa esset apud quasdam nationes annorum & mensium ratio: & tamen oportebat omnes uno eodémque die Pascha celebrare juxta regulas Nicænas: ergo opus erat aliqua temporum reductione, de qua multum differit D. Ambros. epist. num. 63. citatâ, & denique sic concludit: *Ergo secundùm Ægyptios primo mense celebraturi sumus Dominicam Paschæ: hoc est, 7. Calendas Maji, qui est dies trigesimus Pharmatii mensis.* Addit

dit in ead. epist. rationem convenientiæ his verbis: *Nec absurdum arbitror, ut inde observandi mensis trahamus exemplum, ubi primum Pascha celebratum est. Unde & Majores nostri in tractatu Concilii Nicani eum diem endecateride, si quis diligenter intendat, statuendum putarunt.* Et ex hac endecateride definiebatur tempus paschale, variique profluxerunt cycli, ut Theophili, Cyrilli Alexandrini &c.

67. Ita autem cycli paschalis cura Alexandrinis commissa fuerat, ut tamen prius, *dies solemnitatis Sedi Apostolicæ indicaretur, ut hujus Scripti ad longinquiores Ecclesias judicium generaliter percurreret*, ut ait S. Leo M. in epist. citata. Quod quidem jam pridem juxta antiquum Ecclesiæ morem statutum fuerat in Conc. Arelatensi I. sic enim habet Can. 1. ad S. Sylvestrum Papam cum cæteris directo: *Primo loco de observatione Paschæ Dominici; ut uno die, & uno tempore per omnem orbem à nobis observetur, & juxta consuetudinem literas ad omnes Tu dirigas.* Quando igitur aliqui dicunt, morem fuisse, ut ab Alexandrino Patriarcha solemnitas Paschalis aliis Episcopis denuntiaretur, id universim & immedia-

mediate de omnibus intelligendum non eſt, quod patet ex ipſis Paſchalibus Epiſtolis Theophili Alexandrini, quas ad ſolos Epiſcopos per Ægyptum diſperſos dirigebat. Id patet iterum ex Conc. Carthagin. 3. can. 1. ita decernente: *Placuit . . . ut omnes Africanæ Provinciæ Epiſcopi obſervationem paſchalem ab Eccleſia Carthaginenſi curent accipere.* Quæ Eccleſia Carthagin. priùs literas accipiebat à Rom. Pontifice, utì conſtat ex epiſt. 11. Innocentii I. ad Aurelium Carthaginenſem Epiſcopum datâ. Idipſum conſtat ex Reſponſ. Vigilii Papæ ad Euterium. Id autem fiebat, quia ſupremi Pontificis eſt, feſta per univerſum orbem indicere, & ſi quæ exorta fuiſſet controverſià, in eam dirimendam ſedulo incumbere, uti factum legimus à S. Leone anno Chriſti 444. & 455. anno cycli Theophiliani 76. Hanc conſuetudinem recurrendi ad Sedem Apoſt. confirmavit anno 541. Conc. Aurelianenſe IV. can. 1. ubi, cùm propoſuiſſet Laterculum Victorii ad inveſtigandam Paſchæ ſolemnitatem, ſubjungit: *De qua ſolemnitate quoties aliquid dubitatur, inquiſita vel agnita per Metropolitanos à Sede Apoſtolica ſacra conſtitutio teneatur.* 68.

68. Cùm deinde cycli paſchales Theophili, Cyrilli Alexandrini &c. deficerent, nec deeſſet apud alias nationes hujus ſcientiæ peritia, fuêre hinc inde viri docti, qui cyclos deficientes aut continuarent, aut inſtaurarent. Talis fuit Victorius Aquitanus in Gallia, Vener. Beda in Anglia, & præprimis temporibus Juſtiniani Imp. Dionyſius Exiguus in Italia, Abbas Romanus, in linguis & ſcientiis apprimè verſatus. Hic cyclum compoſuit in longam annorum ſeriem, quo poſtmodum ferè uſa eſt Eccleſia uſque ad tempora Gregorii XIII. Verùm etſi Eccleſia in Paſchate per cyclorum ſupputationem ritè celebrando magnam ſemper diligentiam adhibuerit, quia tamen illis ſæculis Aſtronomia, ex qua cycli dependent, non erat in ea perfectione, ad quam poſteris temporibus evecta eſt, ſenſim excreverunt errores in utroque cyclo, Solari & Lunari: inde autem exorta ſunt varia dubia, controverſiæ, diſſenſiones: & detecta jam ab anno 1260. Calendarii vitia multos permoverunt ad eorum emendationem Eccleſiæ proponendam: ea de re deliberatum ſæpius in Conciliis, & à ſummis Pontificibus,

bus, quorum aliqui rem aggredi jam ſtatuerant, aliqui etiam inchoarant. Tandem Gregorius XIII. Pontifex Maximus omnem in eo curam poſuit, ut quod à Prædeceſſoribus ſuis ſæpius tentatum fuerat, demum perficeretur.

Cap. IV.

De Correctione Calendarii Gregoriana.

69. CUm igitur Gregorius XIII. Pontifex Maximus emendationem Calendarii ſeriò meditaretur, opportunè oblatus eſt ei ab Antonio Lilio libellus, quem Frater ejus Aloyſius conſcripſerat, in quo oſtendebatur via, quâ per novum Epactarum cyclum Calendarium reſtitueretur: hunc libellum ad Principes Chriſtianos, & celeberrimas Academias examinandum miſit Gregorius, *ut res, quæ omnium communis eſt, communi etiam omnium conſilio perficeretur*, uti legitur in Litteris Ipſius encyclicis; ac demum poſt accuratam Peritorum circumſpectionem, & improbum aliquot annorum laborem,

borem, ad eam denique formam restitutum est Calendarium anno 1582. quam postea jussu Clementis VIII. pluribus explicavit ac defendit Clavius noster. Ut hæc omnia breviter, clarè tamen & solidè pertractentur, ostendenda imprimis est corrigendi Calendarii veteris necessitas, subnectendus dein modus cum fundamentis, quibus hoc artificium nititur, deducenda denique praxis per computum civilem practicum, ex præsuppositis ac demonstratis facillimum.

§. I.

Corrigendi veteris Calendarii necessitas.

70. QUod priori capite pluribus exposui, paucis complectitur Gregorius in Litteris suis Apostolicis orbi Christiano propositis, ubi sic loquitur: *Considerantes igitur nos ad rectam Paschalis festi celebrationem SS. Patrum ac veterum Rom. Pontificum, præsertim Pii & Victoris primorum, nec non magni illius œcumenici Concilii Nicæni & aliorum Sanctiones, tria necessariò con-*

conjungenda & ſtatuenda eſſe, primum certam verni æquinoctii ſedem, deinde rectam poſitionem XIV. Lunæ primi menſis, quæ vel in ipſum æquinoctii diem incidit, vel ei proximè ſuccedit, poſtremo primum quemque diem Dominicum, qui eandem 14. Lunam ſequitur, curavimus . . . . Quo igitur vernum æquinoctium, quod à Patribus Concilii Nicæni ad 12. Calendar. Aprilis fuit conſtitutum &c. In hiſce tribus tota verſatur Calendarii veteris corrigendi neceſſitas.

71. Imprimis enim, quod ſedem æquinoctii attinet, credebant Patres Concilii Nicæni, annum civilem motui Solis ita accommodatum eſſe, ut æquinoctium vernum circa 21. Martii ſemper exhiberet: at verò cùm annus civilis Julianus eſſet dierum 365. hor. 6. Annus verò cœleſtis medius poſt accuratiores obſervationes deprehenſus ſit dierum 365. hor. 5. 49′. tantùm, undecim iſte minutis priore minor erat: totidem igitur minutis anticipabatur quotannis æquinoctium verum, & finiebatur annus aſtronomicus, priusquam inciperet novus annus civilis; inde factum eſt, ut æquinoctium à Synodo Nicæna

cæna usque ad annum correctionis regressum sit versus anni principium diebus omnino decem. Hinc ulterius, dum dies æquinoctii, qui jam præterierat, supponebatur primùm futurus 21. Martii, factum est, ut erraretur errore sensibili in definiendo mense primo; atque hic error sensim progressus esset, nisi remedium tempestivè fuisset adhibitum. Quin imo non tantùm circa festum Paschatis, & festa mobilia ab eo dependentia errabatur, sed error crevisset etiam in aliis: nam festum Nativitatis Christi, quod à primis Patribus circa Solstitium hyemale celebrabatur, ad æquinoctium vernum: festum Incarnationis, quod circa æquinoct. vernum ad Solstitium æstivum: festum S. Joannis Bapt. quod circa Solstitium æstivum, ad æquinoct. autumnale prolapsurum fuisset, errore profectò non tolerabili.

72. Jam verò cùm error primus corrigi non posset, nisi truncando annum Julianum per omissionem aliquot dierum intercalarium, aut aliorum, ut nempe annus civilis, qui justo major assumebatur, iterum cum astronomico, atque etiam impofterum congrueret, necessariò tur-

§. 2.

Restitutio Æquinoctii.

74. CUm anno 1582. advenissent Responsa Principum & Academiarum, atque omnia viderentur ad Kalendarii correctionem parata, manum admoveri voluit Sapientissimus Pontifex Gregorius, atque imprimis ipsi curæ fuit, ut æquinoctium ad pristinam suam sedem restitueretur, ut nempe festa eo iterum ordine & tempore celebrarentur in Ecclesia DEI, quo olim à primis Patribus, atque in antiquis Ecclesiis, Monasteriis, Missalibus, Breviariis notata & celebrata sunt. Porrò à temporibus Concilii Nic. ad tempora Gregorii XIII. æquinoctium propter rationem n. 71. allatam, processerat à 21. Martii ad 11. ejusdem. Convenientissimum ergo visum est, ut 10. dies simul ac semel anno correctionis omitterentur; sic enim factum est, ut sequente anno 1583. æquinoctium 10. diebus seriùs contingeret, atque adeo ab 11. Martii ad 21. restitueretur. Et revera hoc modo æquinoctium non tantùm accidebat juxta men-

anni principium regrederetur. Causa hujus regressûs, ùt dixi n. 13. fuit, quòd Julius Cæsar in prima correctione Calendarii annum politicum fecerit astronomico longiorem addendo ad dies 365. sex horas integras, quæ singulis 4. annis postulabant diem intercalarem, & annum bissextilem. Ut ergo hic error corrigeretur, omittendus erat aliquando dies iste intercalaris, & ex anno, qui tunc fuisset bissextilis, faciendus erat annus communis. Ut hoc fieret, convenientissimè cautum est, ut intra 400. annos, tres bissextiles omitterentur, hoc est, eadem in centenariis annis regula observaretur, quæ in annis reliquis: sicut enim tres anni communes sunt, quartus bissextilis; sic etiam ex annis centenariis tres communes sunt, & quartus bissext. sic annus 1600. cum brevi post correctionem necdum correctione indigeret, fuit bissextilis: at annus 1700. fuit, & annus 1800. & 1900. erunt communes: annus verò 2000. rursus bissextilis erit. Sic ulterius anni 2100. 2200. 2300. communes erunt, & 2400. bissextilis. Hæc regula de se videtur aptissima, & ad omnium captum accommodata;

 cùm

cùm enim anni centeſimi ſint valde notabiles, atque eandem inter ſe regulam obſervent, quàm cæteri anni inter ſe, non videtur, correctionem potuiſſe fieri convenientius, modo tali viâ error ſufficienter corrigatur: quod reſtat oſtendendum.

77. Locò anni Juliani dierum 365. hor. 6. ſubſtitutus fuit annus aſtronomicus dierum 365. h. 5. 49′. 12″. qui quidem annus videbatur medius inter varios, quos aſſumebant Aſtronomi, nec ullus eſt, qui certò poſſit hanc ſuppoſitionem erroris arguere, etſi Auctores hodierni in aliquot minutis ſecundis diſcrepent. Hoc ſuppoſito annus Julianus excedebat aſtronomicum 10′. 48″. Si hæc multiplicentur per annos 400. efficient præcisè dies tres; ergo ſi hos 3. dies intra 400. annos omittimus, corrigimus exactè exceſſum, in quo peccabat annus Julianus: atqui juxta datam regulam hoc facimus; nam ex 4. centenariis tres facimus communes, & unum biſſextilem tantùm, cùm aliàs in Calend. Juliano omnes quatuor eſſent biſſextiles; ergo in hac ſuppoſitione error exactè corrigitur.

78. Ut tamen fatear, quod res est, uti hanc suppositionem nemo potest certò falsitatis arguere, sic neque nos illam possumus, ut evidenter veram assumere : certum tamen est errorem, si quis subest, non esse, nisi minimum in aliquod minutis secundis, cùm intra 150. ferè annos, qui à correctione Calendarii effluxerunt, necdum se prodiderit : nec sensibilis fiet, nisi post aliquot annorum millia, & si tunc advertatur, facilè corrigi poterit. Ponamus v. g. suppositionem nostram aliquot minutis secundis excedere, & assumamus annum tropicum cœlestem medium rotundè dierum 365. hor. 5. 49. qualem ferè definiunt Astronomi Parisienses: in hac suppositione annus discreparet ab illo, quem Reformatores supposuere, 12. secundis : igitur intra 5. annos esset apud nos excessus 1. min. primi : & intra 300. annos unius horæ; consequenter error sensibilis in Calendario politico unius diei fieret primùm post annos 7200. & quàm facile error tunc corrigeretur omittendo diem intercalarem in uno 4. anno centesimo aliàs bissextili, aut diem ad-

dendo in non bissextili, in suppositione contraria; & tunc iterum per millenos aliquot annos salva forent omnia, sine tot tricis & disputationibus, quæ sæpius recurrere solent.

§. 3.

Æquatio Cycli solaris.

79. EXplicatus à nobis n. 19. literarum Dominicalium ordo, quæ in Calendario veteri cyclo solari respondent, omnino turbatus fuit per exemptionem 10. dierum in anno correctionis, atque etiam de novo interrumpitur in annis centesimis non bissextilibus, ita ut nunc eadem series & ordo litterarum non redeat, nisi post annos 400. qui magnus est cyclus solaris à Clavio propositus. Nos Compendiosiore via rem explicamus per unicam æquationis tabulam, & quidem perpetuam, per quam litterarum Dominicalium ordo facillimè semper restitui possit. Ut illius fundamentum intelligatur, notanda sunt sequentia: 1° Ordinem litterarum Dominicalium, ùt ostend. n. 18. progredi modo retrogrado, ita ut si hoc

anno

TAB. IV. Litterarum Dominicalium Perpetua.

ad Pag. 105.

Cyclus Solis	Ordo I	Ordo II	Ordo III	Ordo IV	Ordo V	Ordo VI	Ordo VII
1	b c	c d	d e	e f	f g	g a	a b
2	a	b	c	d	e	f	g
3	g	a	b	c	d	e	f
4	f	g	a	b	c	d	e
5	d e	e f	f g	g a	a b	b c	c d
6	c	d	e	f	g	a	b
7	b	c	d	e	f	g	a
8	a	b	c	d	e	f	g
9	f g	g a	a b	b c	c d	d e	e f
10	e	f	g	a	b	c	d
11	d	e	f	g	a	b	c
12	c	d	e	f	g	a	b
13	a b	b c	c d	d e	e f	f g	g a
14	g	a	b	c	d	e	f
15	f	g	a	b	c	d	e
16	e	f	g	a	b	c	d
17	c d	d e	e f	f g	g a	a b	b c
18	b	c	d	e	f	g	a



anno lit. Dom. sit c. sequenti sit b, dein a, postea g, &c. Not. 2. annum correctionis 1582. habuisse cyclum solarem 23. cui in annis Julianis respondebat littera Dom. G, ergo, ùt patet ex inspectione Calendarii, 4. Octobr. quæ notatur littera D, erat tunc dies Jovis: cùm igitur post 4. Octob. omissis 10. diebus statim deventum sit ad 15.am hæc fuit dies Veneris, & 16. dies Sabb. consequenter 17. dies Dominica: hæc autem dies 17. notatur littera c, ergo illo ipso anno lit. Dom. g, transiit in litteram c. Quare si in tabula Juliana, n. 19. proposita, pro littera g, substituatur c, ad cyclum Solis 23. dein ad 24. littera b, & ad 25. (quia annus 1584. bissext. erat) geminæ a g, & simili modo reliquæ cycli litteræ convenienter mutentur, habebimus cyclum reformatum. v. Tab. 4.

80. Cyclus tamen iste non erit perpetuus, quia iterum interrumpetur anno 1700. per omissionem diei intercalaris; hinc enim ex duabus litteris Dom. quæ pro illo anno notantur in cyclo, assumenda est unica, & altera inserviet anno sequenti. Igitur non erit illa, quam præsefert cyclus; ergo fit in cyclo nova series

litterarum Dom. tamdiu tantùm duratura, donec perveniatur ad alium annum centesimum, qui communis sit, cùm aliàs esset in Calend. Juliano bissext. ergo construenda est tabula, quæ contineat omnes series & mutationes in novo Calend. possibiles, & statim appareat, qua serie & ordine utendum sit ab uno centesimo anno usque ad alterum, quod sic obtinebimus.

81. Fiat tabula, in qua sint octo columnæ: in 1. scribantur numeri cycli solaris: in aliis respondeant septem ordines litterarum Dom. diversi, totidem scilicet, quot sunt litteræ Dominicales, ita ut differentia unius ordinis ab altero proximo sit penes litteram proximam, quod facilè obtinebitur: si incipiendo à calce juxta numerum cycli 28. in primo ordine ponatur d, tum ascendendo juxta 27. ponatur e, tum f, postea g a, & sic ulterius usque ad finem, geminando quarto quoque loco litteras propter annum bissextilem. Primo ordine absoluto perficiatur secundus incipiendo inferius à litera e, tum tertius incipiendo à littera f, & sic eundo per reliquas litteras, ut habeantur 7. ordines litte-

litterarum, quarum series discrepant penes litteram proximam.

82. Ad calcem tabulæ ponantur sub ordine 5.° Anni Christi usque ad correctionem Calendarii, quia ista series litterarum est illa ipsa, quam proposuimus n. 19. quâ nempe utendum erat in Calend. vet. usque ad ejusdem reformationem. Tum sub ordine 1.° ponatur annus correctionis 1582. quia vetus ordo in hunc mutatus est, ex dictis num. 79. sub eodem ordine 1.° ponatur annus 1600. quia, cùm iste sit bissext. non turbat ordinem. At annus 1700., cùm sit communis, ponatur sub ordine 2.° Nam annus 1699. habet cyclum 28. cui in 1. ordine respondet littera d, consequenter annus 1700. habet cyclum 1. cui in I. ordine responderet c b: at cùm annus iste centesimus non bissext. sit, sed communis, prima tantùm littera c Dominicalis est, & altera b inserviet anno seq. ergo jam transitur ad 2.^m ordinem, unâ litterâ seriùs procedentem, qui ordo erit in usu usque ad annum 1800. in quo propter similem rationem transitur ad ordinem III. sub quo proinde scribendum 1800. Dein sub IV. 1900. & sub eodem

annus

annus 2000. quia bissext. est. Dein sub ordine V. 2100. Sub VI. 2200. Sub VII. 2300. & 2400. quia iterum bissextil. est. Tum verò reditur ad primum, sub quo scribitur 2500. & sic juxta præsentem Calendarii reformationem progredimur in infinitum, ùt satis patet ex dictis, atque ex ipsius tabulæ inspectione.

83. Hoc posito; numeri annorum ad calcem tabulæ denotant, quâ seriè in dato sæculo uti oporteat. v. g. quia 1700. est sub II. ordine, signum est hanc seriem esse in usu toto hoc sæculo usque ad annum 1800. proinde cùm annus Natalis Sereniss. Principis Electoralis Bav. Maximiliani Josephi hujus sæculi 27. habeat cyclum Solis 28. littera Dominicalis eo anno erat E, quæ nempe numero cycli respondet in ordine II. & ita de reliquis.

§. 4.

Reformatio Cycli lunaris per Epactas.

84. Vidimus cap. 2. §. 2. qua ratione cyclus lunaris, & numeri aurei iden-

identidem ſedes ſuas mutent; in annis quidem Julianis verſus anni principium, in Gregorianis verò verſus finem, ita ut ibi anticipentur novilunia, hic retardentur. Etſi porrò Calendarium corrigi potuiſſet ſervatis numeris aureis; eorum duntaxat mutando ſedes; id tamen fuiſſet per moleſtum: vel enim imprimenda fuiſſent identidem nova Calendaria, vel unum conſtruendum fuiſſet, quod 30. alia in ſe contineret, quot nempe ſedes varias occupare poſſunt numeri aurei; hæ autem ſunt totidem, quot in lunatione dies: unde ſatius viſum eſt, alium cyclum, alióſque numeros Calendario apponere, qui & illud implerent, & in eo unico novilunia monſtrarent, ſive ea verſus initia menſium progrediantur, ſive verſus fines devolvantur, nulla in Calendario facta mutatione. Et hi numeri ſunt Epactæ, de quibus nunc dicendum.

De Epactis.

85. Dies reſidui, quibus annus ſolaris lunarem ſuperat, dicuntur Epactæ, quæ proinde indicant ætatem Lunæ initio Januarii ſequentis. Epacta unius anni

anni definitur astronomicè Dierum 10. hor. 15. 11. 22. In computo politico definitur sine minutiis dierum 11. quot nempe diebus annus solaris politicus dierum 365. superat lunarem annum civilem dierum 354. Quare si hoc anno lunaris annus inciperet cum solari, ita ut novilunium civile esset 1. Januarii, uti fit anno 1729. tunc peractis 12. lunationibus, superessent ad finem Decemb. dies XI. epactales, seu transacti à novilunio ultimo, proinde indicarent primam Januarii anni seq. 1730. esse diem 12. Lunæ, & hi dies seu numerus XI. esset Epacta hujus anni seq. 1730. Rursus cùm etiam iste annus solaris 11. diebus lunari major sit, ad finem Decemb. post ultimam lunationem supererunt 22. dies residui pro Epacta alterius anni seq. 1731. atque ita addendo semper 11. continuabuntur epactæ plurium annorum, rejectis tamen 30. seu lunatione integra, quoties aggregatum epactarum illam superat. Sic addendo 11. ad 22. epactam superiorem, fient 3. pro epacta novi anni seq. 1732.

86. Cùm igitur post ultimam Decembris

bris lunationem varii supereſſe poſſint in anno ſolari dies, in epactas aſſumpti ſunt numeri naturales ab 1. uſque ad 30. ſeu potius ab 1. uſque ad o ſeu *: maluerunt enim hoc ſigno uti, quàm numero 30. quia propriè loquendo epacta debet eſſe minor integra lunatione. Sic cùm 12.ª anni lunatio abſolvitur Calendis Decemb. hæc non eſt anni ultima, cùm adhuc ſuperſint 30. dies, qui integram lunationem conſtituunt, adeóque cùm nihil relinquatur, epacta anni ſeq. erit o, quàm aſteriſco * notamus, & ubicunque hoc ſignum fuerit, ibidem tali anno indicabuntur novilunia civilia. Etſi porro 30. ſint epactæ, pluribus tamen annis, non niſi 19. ſunt in uſu, quot nimirum ſunt numeri aurei, quibus ſubſtituuntur: ſicut enim antiquitus 19. numeri aurei, ùt vidimus num. 27. indicabant novilunia per plures annos, atque etiam per integra ſæcula, donec ſcilicet uno die promovendi, vel deprimendi fuiſſent; ſic eædem 19. epactæ, numeris aureis reſpondentes totidem annis novilunia oſtendunt, donec ad aliam epactarum ſeriem tranſeundum ſit, ut infra docebitur; quodquidem non fiet toto hoc ſæculo,

neque

neque sequente, sed eædem semper epactæ, quas hic apponimus, suis aureis numeris respondentes, erunt in usu ab anno 1700. usque ad annum 1800. & inde iterum usque ad an. 1900.

87. Sed fortè in præced. tabella non nemini mirum videbitur ab epacta XVIII. perventum statim esse ad epactam XXX. seu additis 12. diebus, cùm aliàs non nisi 11. addi soleant. Id factum est studio, & fieri debet, quoties currit aureus num. 19. Ratio est, quod in aggregandis epactis per additionem 11. dierum rejiciamus semper 30. quoties summa major est, atque ita facimus omnes lunationes embolismicas 30. dierum, cùm tamen ultima in cyclo decennovenali, seu septima, per num. 25. cava sit dierum duntaxat 29. Cùm ergo semel 1. dies plus justo abjiciatur, restituendus est ad epactam sequentem versus anni principium per additionem 12. dierum, ut lunatio præcedens decurtetur, & cava fiat: quod quidem non opus esset fieri, si intra cyclum decennovenalem semel 29. duntaxat dies rejicerentur. Porrò hæc additio 12. dierum facta est currente aureo num. 19. quia

cùm

neq
ctæ,
mer
170
run
mi
pe
fe
11
&
19
cti
fe
q
li
c
n
C
c
t
n
d
n
r
e
f

TAB. V.
ad Pagin. 112.

Num. Aurei.	Epactæ ab anno 1700. usque ad 1900.
2	XI
3	XXII
4	III
5	XIV
6	XXV
7	VI
8	XVII
9	XXVIII
10	IX
11	XX
12	I
13	XII
14	XXIII
15	IIII
16	XV
17	XXVI
18	VII
19	XVIII
1	XXX

seu potiùs *

cùm iste sit maximus & ultimus, etiam maximè notabilis est; quanquam fieri potuisset, utcurrente numero alio, atque etiam antiquitus lunatio embolismica penultima, seu sexta cava fieret, non ultima.

88. Dubitari posset 2.° quomodo regula per additionem 11, & subinde 12. dierum in aggregandis epactis possit esse accurata, cùm tamen strictè loquendo, Epacta unius anni sit duntaxat dierum 10, hor. 15. 11'. 22''.? ℟. quòd sicuti 235. lunationes astron. mediæ cum totidem lunationibus politicis, propter annos bissextil. & lunationes embolism. per quàm bellè congruunt, ut ostendimus n. 24. sic etiam congruere epactas per additionem 11. & 12. dierum; hoc enim modo prodeunt illæ 235. lunationes civiles, consequenter & astronomicæ. Ratio ulterior est, quia etsi per additionem 11. dierum in anno communi fiat epacta justo major; in anno tamen bissextil. cùm non addantur plures, quàm 11. compensatur ille excessus prior; tunc enim in aggregandis per calculum epactis addendus est supra epactam Dier. 10. hor. 15. 11'. 22''. dies

annus 2000. quia bissext. est. Dein sub ordine V. 2100. Sub VI. 2200. Sub VII. 2300. & 2400. quia iterum bissextil. est. Tum verò reditur ad primum, sub quo scribitur 2500. & sic juxta præsentem Calendarii reformationem progredimur in infinitum, ùt satis patet ex dictis, atque ex ipsius tabulæ inspectione.

83. Hoc posito; numeri annorum ad calcem tabulæ denotant, quâ seriè in dato sæculo uti oporteat. v. g. quia 1700. est sub II. ordine, signum est hanc seriem esse in usu toto hoc sæculo usque ad annum 1800. proinde cùm annus Natalis Serenifs. Principis Electoralis Bav. Maximiliani Josephi hujus sæculi 27. habeat cyclum Solis 28. littera Dominicalis eo anno erat E, quæ nempe numero cycli respondet in ordine II. & ita de reliquis.

§. 4.

Reformatio Cycli lunaris per Epactas.

84. Vidimus cap. 2. §. 2. qua ratione cyclus lunaris, & numeri aurei iden-

identidem ſedes ſuas mutent; in annis quidem Julianis verſus anni principium, in Gregorianis verò verſus finem, ita ut ibi anticipentur novilunia, hìc retardentur. Etſi porrò Calendarium corrigi potuiſſet ſervatis numeris aureis; eorum duntaxat mutando ſedes; id tamen fuiſſet per moleſtum: vel enim imprimenda fuiſſent identidem nova Calendaria, vel unum conſtruendum fuiſſet, quod 30. alia in ſe contineret, quot nempe ſedes varias occupare poſſunt numeri aurei; hæ autem ſunt totidem, quot in lunatione dies: unde ſatius viſum eſt, alium cyclum, aliósque numeros Calendario apponere, qui & illud implerent, & in eo unico novilunia monſtrarent, ſive ea verſus initia menſium progrediantur, ſive verſus fines devolvantur, nulla in Calendario facta mutatione. Et hi numeri ſunt Epactæ, de quibus nunc dicendum.

De Epactis.

85. Dies reſidui, quibus annus ſolaris lunarem ſuperat, dicuntur Epactæ, quæ proinde indicant ætatem Lunæ initio Januarii ſequentis. Epacta unius

anni

anni definitur astronomicè Dierum 10. hor. 15. 11'. 22''. In computo politico definitur sine minutiis dierum 11. quot nempe diebus annus solaris politicus dierum 365. superat lunarem annum civilem dierum 354. Quare si hoc anno lunaris annus inciperet cum solari, ita ut novilunium civile esset 1. Januarii, uti fit anno 1729. tunc peractis 12. lunationibus, superessent ad finem Decemb. dies XI. epactales, seu transacti à novilunio ultimo, proinde indicarent primam Januarii anni seq. 1730. esse diem 12. Lunæ, & hi dies seu numerus XI. esset Epacta hujus anni seq. 1730. Rursus cùm etiam iste annus solaris 11. diebus lunari major sit, ad finem Decemb. post ultimam lunationem supererunt 22. dies residui pro Epacta alterius anni seq. 1731. atque ita addendo semper 11. continuabuntur epactæ plurium annorum, rejectis tamen 30. seu lunatione integra, quoties aggregatum epactarum illam superat. Sic addendo 11. ad 22. epactam superiorem, fient 3. pro epacta novi anni seq. 1732.

86. Cùm igitur post ultimam Decem-

bris

bris lunationem varii superesse possint in anno solari dies, in epactas assumpti sunt numeri naturales ab 1. usque ad 30. seu potius ab 1. usque ad o seu *: maluerunt enim hoc signo uti, quàm numero 30. quia propriè loquendo epacta debet esse minor integra lunatione. Sic cùm 12.ª anni lunatio absolvitur Calendis Decemb. hæc non est anni ultima, cùm adhuc supersint 30. dies, qui integram lunationem constituunt, adeóque cùm nihil relinquatur, epacta anni seq. erit o, quàm asterisco * notamus, & ubicunque hoc signum fuerit, ibidem tali anno indicabuntur novilunia civilia. Etsi porro 30. sint epactæ, pluribus tamen annis, non nisi 19. sunt in usu, quot nimirum sunt numeri aurei, quibus substituuntur: sicut enim antiquitus 19. numeri aurei, ùt vidimus num. 27. indicabant novilunia per plures annos, atque etiam per integra sæcula, donec scilicet uno die promovendi, vel deprimendi fuissent; sic eædem 19. epactæ, numeris aureis respondentes totidem annis novilunia ostendunt, donec ad aliam epactarum seriem transeundum sit, ut infra docebitur; quodquidem non fiet toto hoc sæculo,

neque

neque sequente, sed eædem semper epactæ, quas hic apponimus, suis aureis numeris respondentes, erunt in usu ab anno 1700. usque ad annum 1800. & inde iterum usque ad an. 1900.

87. Sed fortè in præced. tabella non nemini mirum videbitur ab epacta XVIII. perventum statim esse ad epactam XXX. seu additis 12. diebus, cùm aliàs non nisi 11. addi soleant. Id factum est studio, & fieri debet, quoties currit aureus num. 19. Ratio est, quod in aggregandis epactis per additionem 11. dierum rejiciamus semper 30. quoties summa major est, atque ita facimus omnes lunationes embolismicas 30. dierum, cùm tamen ultima in cyclo decennovenali, seu septima, per num. 25. cava sit dierum duntaxat 25. Cùm ergo semel 1. dies plus justo abjiciatur, restituendus est ad epactam sequentem versus anni principium per additionem 12. dierum, ut lunatio præcedens decurtetur, & cava fiat: quod quidem non opus esset fieri, si intra cyclum decennovenalem semel 29. duntaxat dies rejicerentur. Porrò hæc additio 12. dierum facta est currente aureo num. 19. quia

cùm

[illegible]

TAB. V.
ad Pagin. 112.

Num. Aurei.	Epactæ ab anno 1700. usque ad 1900.
2	XI
3	XXII
4	III
5	XIV
6	XXV
7	VI
8	XVII
9	XXVIII
10	IX
11	XX
12	I
13	XII
14	XXIII
15	IIII
16	XV
17	XXVI
18	VII
19	XVIII
1	XXX

ſeu potiùs *

cùm iste sit maximus & ultimus, etiam maximè notabilis est; quanquam fieri potuisset, utcurrente numero alio, atque etiam antiquitus lunatio embolismica penultima, seu sexta cava fieret, non ultima.

88. Dubitari posset 2.° quomodo regula per additionem 11. & subinde 12. dierum in aggregandis epactis possit esse accurata, cùm tamen strictè loquendo, Epacta unius anni sit duntaxat dierum 10. hor. 15. 11′. 22″.? R. quòd sicuti 235. lunationes astron. mediæ cum totidem lunationibus politicis, propter annos bissextil. & lunationes embolism. per quàm bellè congruunt, ut ostendimus n. 24. sic etiam congruere epactas per additionem 11. & 12. dierum; hoc enim modo prodeunt illæ 235. lunationes civiles, consequenter & astronomicæ. Ratio ulterior est, quia etsi per additionem 11. dierum in anno communi fiat epacta justo major; in anno tamen bissextil. cùm non addantur plures, quàm 11. compensatur ille excessus prior; tunc enim in aggregandis per calculum epactis addendus est supra epactam Dier. 10. hor. 15. 11′. 22″. dies

integer

integer post Februarium. Res patet in exemplo: Absoluto cyclo decennovennali tabulæ superioris reditur procedendo politicè ad epactam XI. post annos 20. si jam aggregentur per calculum 20. annorum epactæ, prodibit ablatis lunationibus integris dier. 29. hor. 12. 44′. 4″. singulis, Epacta Dier. 10. hor. 22. 39′. quæ parum differt à politicè inventa: neque potest perfectè congruere, uti nec congruunt perfectè 235. lunationes civiles cum totidem astronomicis, ùt dix. n. 22. & seq. Hinc est, quod post quædam sæcula æquatione indigeant epactæ, ita ùt tunc addendi sint dies tantùm 10. vel subinde 12. prout novilunia anticipantur aut retardantur, síque currat numerus aureus 19. dum æquatio fieri debet, addendi erunt pro epacta anni sequentis interdum dies 13. subinde 11. tantùm, ut inferiùs docebitur.

Dispositio Epactarum in Calendario.

89. PRimò, Epactæ ita debuerunt in Calendario per annum distribui, ut illud

illud implerent totum, nec ullus dies in eo esset vacuus; cùm tamen olim numeri aurei certas duntaxat sedes occuparent. Ratio est, quia, ùt sæpe vidimus, noviluniorum sedes identidem mutantur, nec est anni dies, in quo successu temporis non possit novilunium contingere: ergo cùm epactæ indicare debeant in perpetuum novilunia, & ætatem lunæ, quilibet anni dies suam habere debet epactam.

90. Secundò, non potuerunt convenienter, nisi in ordinem retrogradum diggeri: sic enim & à numero dierum Calendarii facilè distinguuntur, & quod vel maximè facit ad rem, novilunia naturaliùs indicant. Cùm enim per annos sequentes novilunia versus anni principium 11. diebus promoveantur, debuerunt etiam epactæ crescentes, quæ illa indicant, versus anni principium promoveri. v. g. si hoc anno novilunium civile contingeret 30. Januarii, ubi ponitur epacta L anno seq. novilunium accideret 11. diebus citiùs, nempe 19. Jan. ergo ibi ponenda est epacta 12. quæ conflatur per additionem 11. dierum. Similiter anno 3.° novilunium adhuc 11. diebus citiùs accidet,

nempe 8. Januarii : ergo ponenda eſt ibi Epacta XXIII. quæ fit per aliorum 11. dierum additionem ; hæc autem modo epactæ creſcentes diſponuntur verſus anni principium ; ergo non potuerunt convenienter diſponi, niſi ordine retrogrado, ita ut diei primæ Januarii apponatur epacta ultima, ſeu *. ſecundæ penultima XXIX. tertiæ XXVIII. & ita conſequenter, donec poſt I. redeatur ad *. ùt videre eſt in Calendariis Miſſalis, Breviarii &c.

91. Tertiò, diligenter attendendum fuit, ut in epactarum diſpoſitione menſes lunares politici fierent alternatim dierum 30. & 29. ſi enim omnes eſſent 30. dierum, in fine anni comitteretur error dierum 6. cùm annus lunaris fieret dier. 360. & tamen non fit niſi dierum 354. Quare cùm epactæ ſint numero 30. non potuerunt per Calend. ita diſponi, ut ſingulæ ſuum haberent diem ; ſed optimo conſilio factum eſt, ut in ſecunda, 4. 6. 10. & duodecima ſerie duæ ſimul collocarentur, ut videre eſt 5. Februarii, 5. Aprilis, 3. Junii, 1. Aug. 29. Sept. & 27. Novembr. ubi conjunguntur epactæ XXV. & XXIV. ut hoc modo juxta naturam cycli decennov. primus menſis lunaris anni

communis sit plenus, alter cavus, atque hic ordo alternatim usque ad finem observetur, donec nempe 20. Decemb. compleantur anni lunaris dies 354. & supersint 11. dies epactales, qui eodem ordine retrogrado notantur majoribus epactis * 29. 28. &c. ut sic nempe ad finem usque Decembris per epactam currentem monstrentur novilunia; síque post ultimum novilunium, utì ordinariè fit, supersint aliquot dies, iis in epactam pro anno seq. assumptis, per istam iterum monstretur novilunium in Januario, & reliquis mensibus: cùm enim in Januario ordine retrogrado notentur epactæ, per tot dies in illa serie ascendetur versus anni principium, quot fuerint in Decembr. residui: ergo ab ultimo novilun. Decembr. usque ad novam epactam in Januario notatam interjacebit iterum lunatio: igitur hæc epacta in Jan. & consequenter per reliquum annum rectè novilunia indicabit.

De Epactis in Calendario geminatis.

92. Constat ex dictis num. præced. geminandas alicubi fuisse epactas: abso-

absolutè enim, ùt putarunt aliqui, una v. g. * in alternis lunationibus elidi non potuit; currente enim hac epacta, sexies in anno novilunia non fuissent indicata, iis nempe mensibus, ubi fuisset omissa. Quæstio jam est, cur potiùs selectæ sint hæ duæ XXV. & XXIV. quàm aliæ? Ad hoc R. potuisse quidem alias assumi, & jam Lilius modo valde naturali alternatim ad finem lunationis has duas conjunxerat, nempe * & XXIX. Hanc tamen Lilii methodum paulò immutavit noster P. Clavius, assumptis potiùs Epactis XXV. & XXIV. quàm aliis, & hoc in reverentiam Nicænæ Synodi, cujus Sanctiones & consuetudinem, quantum fieri potuit, retinere voluit: per has enim binas epactas æquatio fit propemodum iisdem in locis, quibus per numeros aureos fiebat in Calend. antiquo; & prætcrea omnes ferè lunationes paschales fiunt hoc modo cavæ, sicuti omnes cavæ erant in cyclo decennoven. tempore Concilii Nicæni, quod per alias epactas geminatas non fieret.

93. Etenim ex decretis & consuetudine Ecclesiæ prima lunatio paschalis incipit 8. Martii, & ultima 5. Aprilis, ùt dictum est n. 64.

n. 64. Quare si epactarum concursus fiat 5. April. addendo ibi XXV. & XXIV. prima lunatio paschalis, quæ terminatur 5. April. fiet cava; fient proin etiam cavæ reliquæ, quæ incipiunt post 8. Martii, cùm hæ omnes quintam Aprilis includant, in qua coalescunt epactæ: adeóque ùt patet ex inspectione Calendarii, sola illa lunatio paschalis fiet plena, quæ incipit 5. April. currente epacta XXIV. & quæ incipit 4. April. currente epacta 25. quod non nisi raò accidit: quæcunque verò conjungantur epactæ aliæ, plures fient semper lunationes paschales plenæ, eóque magis crescet earum numerus, quo locus conjunctionis magis recedit ab ultimo limite noviluniorum, seu die 5. Apr. Quandoquidem igitur per cyclum non omnia semper obtineri possunt, satiùs visum est Clavio à consuetudine Conc. Nic. recedere in 2. tantùm lunationibus pasch. ultimis, & quidem in his raò tantùm, quàm id facere in pluribus, & sæpiùs per æquationem Lilianam, aut quamcunque aliam: præsertim cùm comparatis inter se Calendariis antiquis, & hodiernis, videamus novilunia, speciatim paschalia, longè meliùs

 ad

ad mentem Conc. Nic. indicari in methodo Claviana, quàm aliâ.

94. At verò per duarum epactarum conjunctionem in aliud incidebatur absurdum, nisi provisum fuisset de remedio: si enim duobus annis ejusdem cycli decennoven. in usu sint epactæ geminatæ v. g. XXIV. & XXV. prout aliquoties fieri potest, uti patet ex tabula epactarum expansa inferiùs descripta, tunc sexies in eo cyclo habebuntur novilunia eodem die, cùm tamen sit de ratione cycli decennovenalis, ut non nisi post 19. annos novilunia in eundem diem recurrant. Ut hoc inconveniens vitetur, in iis 6. locis Calendarii, in quibus epactæ XXIV. & XXV. eandem sedem occupant, è regione epactæ XXVI. apponitur character arabicus epactæ 25. quandoque alio insuper colore notatus, qui in aliis mensibus, in quibus nullus est talis concursus, ponitur in eadem serie cum epacta XXV. Quando igitur accidet, ut epactæ XXIV. & XXV. sint in usu in eodem cyclo decennoven. tunc locò epactæ XXV. assumitur epacta 25. Neque tunc est periculum, ut in uno cyclo bis eodem die novilunia recurrant, quia si epactæ

XXIV.

XXIV. & 25. Inveniantur in uno cyclo, Epacta XXVI. in eodem non invenietur; neque enim in qualibet Enneadecateride omnes epactæ sunt in usu, sed tantùm novemdecim, ut dixi n. 86. Pariter si in eodem cyclo epacta XXVI. & XXV. fuerint in usu, epacta XXIV. quæ eandem sedem occupat, non erit tunc in usu, uti patet ex tab. Epact. expansa, in qua singulæ lineæ ostendunt, quænam epactæ sub numeris aureis cycli decennoven. simul in usu sint: hoc igitur modo nunquam accidet, ut in uno cyclo novilunia bis eodem die celebrentur.

95. Verùm, cùm per aggregationem epactarum prodit apacta vigintiquinque, quæritur, quandonam utendum sit epactâ arabicâ 25. & quando Romanâ XXV. Pro R. hæc esto regula: quando numerus aureus currens est unus è majoribus, nempe vel 12. vel 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. tunc assumenda est epacta arabica 25. Quando autem num. aureus est è minoribus reliquis, tunc assumenda erit epacta Romana XXV. si nempe alterutra ex his duabus assumenda est, cùm scilicet numerus epactarum alicujus anni est præcisivè

viginti quinque. Ratio patet ex tab. Epact. expansa, in qua sub octo num. aureis majoribus ponitur epacta 25. sub reliquis minoribus, XXV.

96. Quod si ulterius aveas scire, cur in constructione hujus tabulæ hæc observata sint, R. id factum esse, ut Calendarium novum, quantum fieri poterat, conformaretur Calend. veteri tempore Conc. Nicæni, in quo, ùt vid. n. 28. aureus numerus major non sequebatur minorem proximè, sed mediàtè tantùm, loco vacuo interjecto; & hoc ferè ubique, speciatim mense Jan. ubi olim omnes numeri aurei dicto modo, & nunc omnes epactæ serie continua descriptæ visuntur, atque adeo non est numerus aureus, qui non ibi suam epactam respondentem habeat, ac proinde dignoscitur, qualis tunc fuisset in usu. Si igitur in Januario v. g. è regione diei 6. in qua ponitur epacta XXV. intelligatur numerus aureus minor, v. g. 8. tunc qui sequitur major 16. non apponetur diei 7. cui respondet epacta XXIV. sed primùm diei 8. ergo epacta XXIV. in eo cyclo non erit in usu: igitur currente num. aureo minore potest assumi epacta

XXV.

XXV. quamvis in quibusdam mensibus eandem sedem occupet, si verò eidem diei 6. appositus intelligeretur numerus aureus major, v. g. 15. tunc sequens minor 4. immediatè subjiceretur diei 7. consequenter epacta XXIV. quæ ibidem notatur, est in tali cyclo etiam in usu: ergo assumi non potest epacta XXV. quia identidem cum XXIV. concurrit; sed currente numero aureo majore assumi debet epacta 25. quæ cum epacta XXVI. conjungitur. Neque periculum est, hanc epactam XXVI. tunc fore in usu; si enim major aureus num. intelligatur appositus eidem diei 6. Jan. tunc minor præcedens non antecedit immediatè, sed dies 5. in qua est epacta XXVI. relinquitur vacua: ergo epacta XXVI. tali cyclo non erit in usu: patet ergo ratio regulæ datæ, & confirmatur comparando per omnes menses numeros aureos Calend. veteris cum epactis nostris. Neque anticipatio hujus epactæ 25. lunationum perturbat ordinem; sed potiùs perficit: quoniam enim lunatio in aliquo priorum 30. dierum Januarii terminata, totius anni prima dicitur, fit, ut currente illa epacta 25. prima lunatio anni

anni die 5. Jan. terminata, efficiatur plena, dierum 30. ſecunda verò die 3. Febr. finita dierum tantùm 29. (quæ fieret etiam plena, ſi epacta inferior XXV. aſſumeretur) atque ita conſequenter, ita ut ordo perfectiùs obſervetur. Præterea in Luna paſchali, ut plurimum melius cum motu Lunæ medio congruit, ùt ex plurium annorum calculo affirmat Clavius.

97. Inter epactas geminatas notanda inſuper venit Arabica 19. quæ Romanæ XX. ultimo Decembr. apponitur. Ut rationem intelligas, revoca in memoriam, quæ dix. n. 87. nempe currente num. aureo 19. addendos eſſe 12. dies epactæ præcedenti, ut eruamus ſequentem, ob rationem ibidem additam, quia ſcilicet ultimus menſis emboliſmicus cavus eſt. Si igitur currente aureo numero 19. epacta etiam fuerit XIX. addendo 12. fiunt 31. & abjectis 30. prodit epacta I. quæ cùm affixa ſit 30. Jan. epacta verò XIX. in toto Decemb. non niſi 2. diei apponatur, Lunatio illa haberet 59. dies, hoc eſt, daretur aliqua lunatio non indicata. Igitur pro tali anno rectè appoſita eſt ultimo Decembr. epacta 19. cum quia connaturaliter ſequitur

tur epactam XX. tum quia hoc modo ultima lunatio embol. fit, uti oportet, cava, & prima anni seq. plena.

98. Hæc porrò epacta 19. tantùm est in usu currente num. aureo 19. cum epacta simili seu XIX. quia dum alius num. aureus currit, etiamsi epacta sit XIX. ut habeatur anni seq. epacta non adduntur dies 12. sed 11. tantùm, atque adeo resultat epacta XXX. seu *, quæ habet sedem in 1. Januarii, ac proinde novilunium & lunationes rectè indicantur. Igitur epacta 19. non est in usu, nisi in concursu aurei numeri 19. & epactæ itidem XIX. quod rarò admodum accidit, quando scilicet linea D tabulæ expansæ est in usu, quæ quidem talis fuit à tempore correctionis usque ad annum 1700. sed non redibit ante annum 8200. ùt ex tabulis inferiùs describendis patet. Neque per hanc epactarum conjunctionem timendum est, ne in uno cyclo novilunia eodem die accidant; quia in eo cyclo decennovenali, in quo assumitur epacta 19. epacta XX. non est in usu, uti patet ex tabula expansa, linea D.

De

De Tabula Epactarum expansa.

99. TAbula hæc ferè ad modum alterius LitterarumDominicalium construсta est, & continet gradatim omnes, sicut illa litterarum, sic ista epactarum combinationes possibiles, 1.° igitur scribantur in fronte numeri aurei, incipiendo à 3. qui tempore Concilii Nicæni Calendis Januar. præfixus erat, & fiant totidem columnæ pro epactis, quia totidem tantùm simul in usu sunt, suis aureis numeris respondentes, per num. 86. 2.° Per singulas columnas disponantur epactæ ordine naturali; sed retrogrado, ita ut in 1. columna sub num. aureo 3. in parte infima ponatur epacta I. dein II. atque ita gradatim ascendendo usque ad ultimam *. quia hoc ordine disponendas diximus in Calendario, num. 90. Unde si novilunia versus mensium vel anni principium uno die ascenderint, assumendæ erunt epactæ superiores unitate majores; si descenderint, inferiores unitate minores.

100. Tertiò, quia epacta anni seq. fit per

per additionem 11. dierum, in parte infima 2.ª columnæ ponatur epacta XII. & ordine naturali aſcendatur uſque ad finem, donec ſcilicet omnes 30. epactæ inſcriptæ ſint. 4.° Idem obſervetur in reliquis columnis, niſi quod poſt columnam, quæ reſpondet num. aureo 19. & habet in parte infima epactam XXVII. addi debeant 12. ut habeatur epacta infima columnæ ſequentis, nempe IX. propter rationem allatam num. 87. 5.° Obſervandum præterea ex num. 95. & 96. ut epacta vigintiquinque ſub octo numeris aureis majoribus notetur charactere arabico 25. ſub reliquis minoribus, Romano XXV. ut factum vides in tab. ſeq.

101. Sextò denique ad latus ſiniſtrum apponuntur litteræ minuſculæ alphabeti ordine naturali, incipiendo à ſede infima, & aſcendendo uſque ad u, omiſſo o, propter ſimilitudinem cum cyphra o, & x propter ſimilitudinem cum denario: tum repetuntur characteres majores A B C &c. omiſſis illis litteris, quæ aliquam ſimilitudinem habent cum litteris minoribus, uti eſt K & I, ne ſcilicet fiat æquivocatio. Clavius potius litteras appoſuit, quam annos

nos Christi, quia volebat hanc tabulam esse perpetuam, respondentem omnibus annis sequentibus, uti patebit ex tabula æquationis. Eædem quoque litteræ ætatem Lunæ indicant in Martyrologio novo: sic quando epacta est XX. littera Martyrologii ejusdem anni est A. quando epacta est VI. lit. Martyrolog. est f. &c. sumendo nempe litteras respondentes epactis primæ columnæ. v. Tab. 6.

De Tabula Æquationis Epactarum.

102. CUm ex dictis n. 86. Epactæ 19. uti & numeri aurei, quibus substituuntur, post longa tempora non amplius indicent novilunia, quia scilicet ista versus anni principium aut finem promoventur, constructa est tabula æquationis, quæ ostendit, quænam epactarum linea tabulæ expansæ dato sæculo sit in usu. Constat autem ex Calend. antiquis, Concilii Nic. tempore num. aureum III. appositum fuisse primæ Januarii, quo currente indicabatur tunc novilunium: atqui in nostro Calend. novo primæ Jan. apponitur epa-

cta

18	19	1	2
XV	XXVI	VIII	XIX
XIV	25	VII	XVIII
XIII	XXIV	VI	XVII
XII	XXIII	V	XVI
XI	XXII	IV	XV
X	XXI	III	XIV
IX	XX	II	XIII
VIII	XIX	I	XII
VII	XVIII	*	XI
VI	XVII	XXIX	X
V	XVI	XXVIII	IX
IV	XV	XXVII	VIII
III	XIV	XXVI	VII
II	XIII	XXV	VI
I	XII	XXIV	V
*	XI	XXIII	IV
XXIX	X	XXII	III
XXVIII	IX	XXI	II
XXVII	VIII	XX	I
XXVI	VII	XIX	*
25	VI	XVIII	XXIX
XXIV	V	XVII	XXVIII
XXIII	IV	XVI	XXVII
XXII	III	XV	XXVI
XXI	II	XIV	XXV
XX	I	XIII	XXIV
XIX	*	XII	XXIII
XVIII	XXIX	XI	XXII
XVII	XXVIII	X	XXI
XVI	XXVII	IX	XX

nc
efl
an
æc
te
fic
Io
efl
dc
pr

[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
II	IXX	X	XIXX	[illegible]
I	XX	XI	IIIVXX	[illegible]
[illegible]	XIX	IIIV	IIVXX	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	IVX	V	[illegible]	[illegible]
[illegible]	VX	VI	[illegible]	[illegible]
VXX	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]	II	[illegible]	8
[illegible]	I	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	IIIVX	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	IIVX	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	I

10

tu
in
an
co
fte
ex
au
te
fu
ca
Ca

cta *. quæ in tab. expanſa reſpondet aureo num. 3. Ergo ſi cyclus epactarum jam tunc fuiſſet in uſu, tempore Conc Nic. aſſumenda fuiſſet linea P. ſeu prima, q... eſt in tab. expanſa.

103. Ut jam intelligamus, quænam linea cum prioribus cum poſterioribus ſæculis eſſe debeat uſui, notandum eſt, quod diximus n. 28. novilunia ſcilicet in annis Julianis, uno die anticipari poſt annos 312½. At verò ex dictis num. 26. retardantur in annis Gregorianis; ſed cum anni Gregor. nón diſcrepent à Julianis, niſi in annis centeſimis, in quibus ob æquationem ſolarem omittitur dies intercalaris, novilunia non deprimentur verſus anni finem, niſi annis ſæcularibus non biſſextilibus; in reliquis autem aſcendent verſus anni principium. Hinc enaſcitur duplex æquatio, lunaris una, quæ attollit, ſolaris altera, quæ novilunia deprimit: hujus utriusque ratio habenda eſt in tabula æquationis, & quia ſolaris fit in annis centeſimis, curandum etiam eſt, ut in iis, utpote notioribus, fiat æquatio lunaris.

104. Si jam regredi lubeat ad annum Chriſti, qui Conc. Nicænum 300. & amplius

I

plius annis præcessit, inveniemus tunc novilunia uno die seriùs contigisse, quàm tempore Conc. Nic. quia in annis Julianis, qui soli tunc erant in usu, novilunia uno die antevertuntur intra annos 312½. ergo quia tempore Conc. Nicæni, seu anno 325. aut potius 320. (quia hic notabilior est & bissextilis) utendum dicebamus linea P. anno Christi tribuemus litteram inferiorem N. At verò, etsi tempore Concilii Nic. novilunia per cyclum indicata sat benè congruerent cum noviluniis mediis ex calculo deductis, quia tamen Ecclesiæ mens est, ut novilunia Ecclesiastica per cyclum non nihil tardiûs indicentur, ne scilicet Lunâ 14. se se justo citius per cyclum offerente, pascha ante plenilunium medium sæpius celebrari contingat Lunâ 14. contra Patrum & Conciliorum decreta, satiúsque sit peccare (si tamen peccatum est) per tarditatem, quàm per festinationem, ùt colligi potest ex cap. 3. §. 3. & 4. has, inquam, ob causas, talem radicem assumi voluit Ecclesia, secundùm quam cyclus imposterum ordinatus ita exhiberet Lunas 14. ut hæ nunquam plenilunia nimium præcederent. Et quia anno

anno 550. novilunia jam 16. circiter horis versus anni principium recesserant, Radix hæc visa est accommodata, ut nempe per illam novilunia Ecclesiastica non nihil seriùs indicarentur. Quare etsi linea P. tunc paulò seriùs novilunia indicaret, placuit tamen illam servare anno 550. aut potius an. 500. quia hic centesimus & bissextilis est, habita tamen suo loco ratione illorum 50. annorum hìc omissorum.

105. Posita hac radice; ut ad æquationem sequentium annorum procedamus, notandum est, per æquationem lunarem novilunia uno die anticipari intra annos 312½. ut tamen æquatio commodius fiat in annis centesimis, illam faciamus post annos 300. omissis interim illis 12½. annis, donec post annos 2400. conficiant annos 100. & tunc æquatio primùm fiat post annos ab ultima 400.[tos] Hoc posito, quia annus 500. habet lineam P. ob anticipationem diei annus 800. habebit lineam a. annus 1100. lineam b. & annus 14. lin. c.

106. Quia verò anno correctionis 1582. omissi sunt dies 10. integri, totidem diebus versus anni finem depressa sunt novilunia: ergo assumenda est linea, quæ de-

cem diebus novilunia tardius indicet, quod fiet, si descendamus à c in b, à b in a, ab a in P: tum in N, M, H, G, F, E, usque in D, quæ linea inserviet anno 1582. post correctionem, atque etiam anno 1600. quia de more bissext. est, & nondum ab ultima æquatione facta anno 1400. effluxerunt anni 300. Jam annus 1700. esset quidem ab ultima æquatione trecentesimus; sed quia illi dies $12\frac{1}{2}$. ab anno 500. jam quater omittuntur, atque adeo 50. annos important, totidémque annis ipsam radicem antevertimus num. 104. efficiuntur anni 100. quibus æquationem lunarem anteverteremus, si illa fieret anno 1700. igitur æquatio lunaris differenda est in centesimum sequentem 1800. Attamen cùm annus 1700. non sit bissext. sed communis, novilunia ex alio capite, nempe ratione æquationis solaris uno die deprimentur, quia scilicet post correctionem omittitur dies intercalaris: ergo annus 1700. habet litteram C.

107. Jam annus 1800. petit æquationem lunarem, quâ novilunia attollantur: sed quia simul incidit æquatio solaris, quâ deprimuntur, una æquatio elidit alteram, adeó-

adeóque manendum in eadem linea C. Nunc annus 1900. cùm ſit ab æquatione lunari ultima centeſimus primus, æquationem lunarem nondum exigit, admittit tamen ſolarem, quia communis eſt: ergo deſcendendum ad litteram majuſculam B. Annus dein 2000, neutram æquationem admittit: ergo habet eandem litteram B. Annus 2100. quia poſt ultimam æquat. lunar. trecenteſimus, petit æquationem lunarem; ſed hæc eliditur per æquat. ſolarem, quia communis eſt: ergo adhuc manet linea B. Annus 2200, ſolam habet æquationem ſolarem; ergo deſcenditur ad lineam A. Annus 2300. iterum ſolam habet æquat. ſolarem: ergo denuò deſcenditur ad lineam u. Annus 2400. quia biſſext. & poſt ultimam æquat. lun. trecenteſimus, ſolam habet æquationem lunarem: ergo rurſus aſcenditur ad lineam A. atque ita in multos annos continuari poteſt tabula, quam epactarum expanſæ ſubjunximus, adhibendo ſcilicet æquationem ſolarem depreſſivam centeſimis non biſſextilibus, & lunarem contrariam annis trecenteſimis, habendo tamen ſuo tempore, ut diximus, rationem illorum

12½. dierum, qui annis 300. omittuntur. Vid. Tab. 7.

Annotatio circa tabulam æquationis.

108. Cum æquatio solaris sæpius redeat, quàm æquat. lunaris, fit, ut novilunia sensim deprimantur, ac proinde aliæ litteræ, atque Epactarum series per sæcula seq. assumendæ sint versus calcem tabulæ. Hinc advertit Clavius tabulam æquationis sequendo modum antea descriptum non rectè indicare in tabula expansa series epactarum post annos 8100. quod vel non advertit Lilius vel neglexit. Ratio est, quia cùm lunationes sensim postponantur, uti descenditur per lineas in tabula expansa, ita descenditur per epactas in Calendario: ergo numerando à littera currente C, cui in columna 1. respondet epacta XXII. 27. dierum postpositione pervenietur ad litteram F, cui respondet epacta XXV. quod continget anno 8100. Jam sæculo seq. 8200. iterum uno die postponetur Luna: consequenter modo ordinario descendendum esset ad litteram E, cui respondet Epacta XXIV. sed cùm hæc

Dies omissi præter 10. Correctionis
1
2
3
3
4
5
6
6
7
8
9
9

im
is,
vi-
P.
ias
im
ta-
in-
n-
im
ad
on-
ia-
u-
o-
m
io
is.
ne
us
st-
ni-
u-
æ-
of-
n-.

12
tu
Zi

10

vil
ali
fæ
tal
æ
sc
pa
q
R
p
b
ir
c
e
p
e
J
p

nder Epacta XXIV. sed cùm
hæc

hæc epacta 5. Februarii conjungatur cum epacta XXV. nullus ibi fieret descensus, unde epacta XXIV. citius indicaret novilunium, quàm oporteat. Quare vult P. Clavius, ut tunc descensus fiat per duas litteras, nempe ab F in D ad Epactam XXIII. pro anno 8200. Tunc autem tabula, ùt priùs, continuetur usque ad annum 21800. post quem fiet iterum descensus per duas litteras ad annum 21900. cùm nempe postpositiones lunæ pervenerint ad 5. April. ubi denuò epactæ prædictæ conjunguntur &c. Et hic modus videtur naturalissimus, & uniformis fluens ex natura cycli; cùm enim lunæ sensim postponantur per epactas in Januario, easdem pari modo postponi voluit in Februario Clavius, & in reliquis successivè mensibus.

109. Neque obstat, quod hac ratione alia novilunia in reliquis mensibus plus æquo postponi videantur: error enim postpositionis in quibusdam lunationibus minor est, quàm sensibilis anticipatio in pluribus aliis, præsertim paschalibus, ùt sæpius dictum: ergo cùm in cyclo non possint omnia incommoda vitari, satius est, ut majora evitentur; præsertim cùm ex

plurimarum Lunationum calculo advertèrit Clavius, per hanc correctionem novilunia Ecclesiastica longè meliùs indicari, ut apud ipsum videre est cap. 12. Deinde cùm Luna in Calendariis suo successivè loco nunquam postponatur, nisi per unum diem, uti exigit illud sæculum, non potest error excrescere, sed si alicubi fiat, ibi restituitur, si non anno æquationis, saltem annis sequentibus, & interea salvantur lunationes paschales. Sed non est, cur in tempora remotissima de hac correctione multum solliciti simus: hanc, uti & alias, si necessarium videbitur, adhibebunt Posteri nostri, quibus fortè cælestium luminarium motus notior erit.

§. 5.

Calendarium Gregorianum quomodo sit perpetuum?

110. Non in eo sensu perpetuum dicitur Calendarium nostrum, quasi exactam tam anni solaris, quàm lunaris mensuram attigerit: quis enim hoc sibi promittat sine periculo erroris in min. secundis

cundis aut tertiis, qui etsi intra paucos annos insensibilis sit, post plura tamen sæcula evadat sensibilior? In eo igitur sensu perpetuum est, quod talis sit cycli solaris & lunaris in Calendario & tabulis nostris dispositio, ut eam mutare nunquam necesse sit; sed quidquid eveniat, æquatio duntaxat, utì hactenus docuimus, adhibenda sit, aliáque epactarum series, vel litterarum Dominicalium ordo assumendus. Patet ergo Calendarii nostri perfectio, quod & in sui dispositione commodissimum simul ac perpetuum est, Ecclesiæque menti consentaneum, & in suppositionibus astronomicis, saltem sensibiliter non erroneum, sed potius verisimillimum, utì hactenus sat supérque probatum est.

§. 6.

Lunationum Ordo.

111. Hic imprimis quæritur, cuinam mensi lunatio quælibet tribuenda sit? consequenter an lunatio paschalis tribuenda sit Martio vel Aprili? Quæstio hæc multum habet de nomine, síque connaturaliter loquamur, illi mensi tribuen-

da videtur lunatio, qui plures illius dies continet. In ordine ad agriculturam attendi posset ad novilunia vel plenilunia. Sed computistæ paulò aliter in hac materia procedunt, lunationémque illi mensi tribuunt, in quo finitur, juxta versum: *In quo completur, mensi lunatio detur.* Ratio est, quod currente Epacta *, prima lunatio incipiat 1. die Januarii, & finiatur ejusdem die 30. ergo spectabit ad Januarium. Secunda, etsi incipiat in Januario, convenienter tamen tribui non potest, nisi Februario, in quo finitur: atque ita percurrendo menses, suam cuilibet dabimus lunationem, quæ in illo completur, ita ut ultima; quæ incipit 22. Nov. & terminatur 20. Dec. spectet ad Decembrem. Cùm porrò annus iste lunaris, utpote communis, in 12. lunatione completa terminetur, lunatio sequens, quæ incipit 21. Decembr. & completur in 19. Januar. Spectabit ad annum sequentem, igitur ad Januarium, atque ita consequenter illi mensi lunatio tribuetur, in quo terminatur, donec perveniatur ad annum embolismicum 13. lunationum, in quo lunatio 13. finem quoque habebit in Decembri, &

rursus

rursus incipiet lunatio sequentis anni communis.

112. Sed ad quem mensem spectabit illa lunatio embolismica? ℟. convenienter ad illum, in quo terminatur, etsi jam alia lunatio in eo completa sit. Sic currente epacta XIX. duodecima lunatio finitur 1. Decembr. quæ proinde etiam huic mensi tribuitur, deinde superest adhuc in eodem mense lunatio integra, quæ potest etiam Decembri tribui, aut simpliciter embolismica vocari. Et hæc lunatio non inseritur duntaxat ad finem anni mense Dec. sed etiam mensibus aliis, quoties nempe in eodem mense duæ lunationes terminantur. Sic currente Epacta XXII. una lunatio terminatur 1. Sept. alia ultimo ejusdem, unde hæc secunda erit embolismica.

113. Determinatâ jam primâ anni lunatione, ordo communiter talis est, ut lunationes alternatim sint 30. & 29. dierum, faciendo primam lunationem plenam, alteram cavam &c. Accidit autem interdum, ut etiam prima lunatio cava sit, cùm v. g. currit num. aureus 19. (nisi currat cum epactis XVIII. & XIX.) cùm enim tunc ad inveniendam epactam anni seq. adden-

addendi ſint dies 12. lunatio 2. uno die verſus anni principium promovetur, adeóque prima fit cava, etiamſi ultima præcedentis anni cava quoque fuerit; tunc autem dicunt fieri *Saltum Lunæ*, quaſi omiſſo die ſaltaret ad lunationem alteram, cùm duæ lunationes conſecutivè continent dies duntaxat 29. quod, quando fiat, ipſe cyclus epactarum, & regulæ à nobis traditæ oſtendunt. Similiter fieri poteſt, ut duæ, ac tres aut etiam 4. lunationes plenæ 30. dierum ſibi ſuccedant, ùt anno biſſextili, quando nempe intercalatur dies tertiæ aut 2. lunationi aliàs cavæ, etſi dies ille in Calendario non notetur. Neque tamen propterea vitioſus dici debet cyclus: quamvis enim tunc ad amuſſim cœlo non congruat, defectus tamen ille vel exceſſus ſuo tempore compenſatur, ita ut iterum ad cœleſtes motus redeatur, uti ſæpe diximus. Et nemo in cyclo ad vulgi captum ordinato quærat aliud; fruſtra enim præciſiones aſtronomicæ per omnia deſiderarentur, & utique ſufficit, ſi ad illas redeatur.

CAP,

CAP. V.

Computus civilis & Ecclesiasticus.

114. EX præjactis hucusque fundamentis variæ praxes deduci possunt pro computo tam civili quàm Ecclesiastico: nos eas seligimus, quæ fiunt per Arithmeticam, & paucas tabulas superiùs descriptas: nec difficile erit, si cui lubuerit, ex iisdem fundamentis praxes alias aut intelligere aut deducere. Et quidem in cyclis solari, lunari & indictionum, non est difficultas, si gradatim ab anno in annum inquirantur, cùm non opus sit, nisi addere unitatem cyclo anni præsentis, ut habeatur cyclus anni seq. donec absolvantur cycli & ad unitatem redeatur. Hic praxim damus universalem pro annis propinquis & remotis.

115. Problema 1. Dato anno invenire cyclum indictionis. Anno post Christum natum dato addantur 3. Summa dividatur per 15. qui relinquitur numerus, est cyclus indictionum. Quòd si nihil residuum fuerit, erit 15. cyclus indictionis. Ratio patet ex num. 30. Inspice exemplum

anni dati 1727. qui fuit annus natalis Serenifs. Bavariæ Principis Electoralis Maximiliani Josephi.

Annus Christi datus — —	1727
Adde — — —	3
Summa — — —	1730
Dividatur per — —	15
Erit quotus — — —	115
Et residuum, cyclus Indict. —	5

Si annus datus sit ante Christum natum, subtrahe 3. residuum divide per 15. qui relinquitur, numerus subtrahatur à 15. prodibit cyclus indictionum anni datum præcedentis completi, quare si addas 1. habebis cyclum anni currentis dati. Quod si pro ultimo residuo nihil remaneat, signum erit, cyclum fuisse anno datum præcedente terminatum, adeóque cyclus incipiet iterum cum anno dato, qui proinde erit 1. Ratio patet ex Arithm. & ex num. cit. 30. Inspice exemplum anni ante Christum dati 776. qui primus erat Olympiadicus. Hoc problema solvitur eodem

dem modo in utroque Calendario Juliano ſcilicet & Gregoriano, quia quo ad cyclum indictionum, non eſt facta mutatio.

An. ante Chr. datus		—	—	776
Subtrahe	—	—	—	3
Reſiduum	—	—	—	773
Dividatur per		—	—	15
Erit quotus	—	—	—	51
Et reſiduum		—	—	8
Quod ſubtractum à			—	15
Dat	—	—	—	7
Unde cyclus anni dati			—	8

116. Probl. 2. Dato anno invenire cyclum Solis. Hoc quoque problema in utroque Calend. eodem modo ſic ſolvitur. Anno poſt Chriſtum dato adde 9. Summam divide per 28. numerus, qui relinquitur, eſt cyclus Solis. Quod ſi nullus fuerit reſiduus, erit 28. cyclus Solis. Ratio patet ex num. 21. Inſpice exemplum ejusdem anni poſt Chriſtum dati 1727.

Annus Chr. datus	—	—	1727
Adde	—	—	9
Summa	—	—	1736
Dividatur per	—	—	28
Erit sine residuo quotus		—	62
Unde cyclus anni dati		—	28

Si annus datus sit ante Christum natum, subtrahe 9. residuum divide per 28. qui relinquitur numerus, subtrahatur à 28. prodibit cyclus Solis anni datum præcedentis completi: quare si addas 1. habebis cyclum Solis anni currentis dati. Quod si pro ultimo residuo nihil remaneat, signum erit, cyclum fuisse anno datum præcedente terminatum; adeóque inchoabitur de novo cum anno dato, qui proinde in hoc casu erit 1. Ratio patet ex eodem numero 21. Inspice exemplum ejusd. anni ante Christum dati 776. Quotus in superioribus exemplis indicat numerum revolutionum cycli à temporibus Christi ad annum datum.

An. ante Chr. datus	—		—	776
Subtrahe	—	—	—	9
Residuum	—	—	—	767
Dividatur per		—	—	28.
Erit quotus	—	—	—	27
Et residuum		—	—	11
Quod subtractum à			—	28
Dat	—	—	—	17
Unde cyclus anni dati			—	18

117. Probl. 3. Dato cyclo Solis invenire litteram Dominicalem. In eum finem habeatur præ oculis tabula, num. 81. explicata. Ad calcem tabulæ quæratur annus dato proximè minor, tum ascendatur per hanc columnam usque ad litteram, quæ cyclo Solis invento respondeat, hæc Dominicalis erit. Sic in exemplo superiore annus datus est 1727. proximè minor 1700. reperitur sub 2. ordine, in quo cyclo Solis invento 28. respondet litera E: ergo hæc Dominicalis erat anno 1727.

Quòd si respondeant duæ litteræ, annus propositus est bissextilis, & littera, quæ ordine retrogrado præcedit, seu quæ ad

ad dexteram aſpicientis ſolitariè ponitur, erit in uſu uſque ad 24. Februarii, altera per reliquum annum. v. g. detur annus 1720. cyclus Solis tunc erat 21. cui in II. ordine reſpondent duæ litteræ G & F: ergo annus biſſextil. eſt, & littera prior g fuit in uſu uſque ad 24. Febr. poſterior F, per annum reliquum. Hæc eſt methodus inveniendi litteram Dominic. in Calendario Gregoriano; in Juliano ſufficit unicus litterarum ordo, nempe V. ejusdem tabulæ, quem jam explicaveramus n. 19. & qui erat ſolus in uſu ante correctionem, & adhuc in uſu perſeverat eodem in Calendario. Unde ſtylo veteri anno 1727. littera Dom. eſt A, quæ nempe in 5. ordine reſpondet cyclo Solis invento 28.

Notandum præterea in annis centeſimis non biſſextilibus, cùm tranſitur ad alium ordinem, etſi cyclo dato reſpondeant geminæ litteræ, unam tantùm, quæ eſt in ordine recto, aſſumendam eſſe, omiſſa laterali, quæ eſt ſolitariè ad dexteram. Sic anno 1700. etſi currenti cyclo Solis 1. reſpondeant in 2° ordine geminæ litteræ c & d: tamen unica tantùm, & quidem c aſſumenda eſt, quia nempe annus biſſex-

tilis non est, & littera d jam fuit in usu anno præcedente 1699. cùm responderet cyclo Solis 28. in ordine primo. Cognitâ porrò littera Dominica i, si habeatur Calendarium præ manibus, illico cognoscitur, in quam habdomadæ feriam quælibet anni dies incidat, ùt per se patet.

118. Probl. 4. Determinare quinam anni bissextiles sint. Quoniam per num. 12. Annus Christi 1. post bissextilem primus est: quartus, 8. 12. & ita consequenter bissextiles erunt; quare quicunque annus Christi, qui divisus per 4. nihil relinquit, bissextilis est. Si autem superfuerit 1, erit post bissextilem primus: si 2. secundus; si 3. tertius. Nec opus est, ut totus numerus dividatur, sed satis est, si abjectis millesimis, centesimis, vigesimis, residuum dividatur. v. g. annus 1720. bissextil. est, quia his ablatis nihil remanet: annus autem 1727. est post bissext. tertius, quia si abjectis tribus primis characteribus, 7. dividatur per 4. relinquit 3.

In annis autem ante Christum, cùm annus 1. ante æram Christianam, seu ipse annus, quo Christus natus creditur, fuerit bissextilis, quicunque annus divisus per 4.

relinquit 1. bissextilis est: si superfuerint 2. erit ante bissextilem primus: si 3. secundus: si 0 seu nihil, tertius. Sic quia annus primus olympiadicus ante Christum 776. per 4. divisus, nihil relinquit, erat annus ille ante bissextilem tertius, seu primus post bissextilem alium præcedentem. Qua in re advertas, velim, annum ante Christum v. g. tertium, eundem esse ac tertium ante primum æræ Christianæ, ita ut ascendendo versus mundi exordium, annus ipse, quo natus supponitur Christus, dicatur primus, præcedens secundus &c. Descendendo autem versus tempora nostra, annus ille dicatur primus, qui annum, quo natus est Christus, sequitur, alter secundus &c.

Unum adhuc pro Calend. Gregoriano advertendum, nimirum annos centesimos non semper esse bissextiles, quamvis vi præcedentis regulæ tales prodeant: nam post correctionem Calend. annus 1600. fuit quidem bissextil. sed tres centesimi 1700. 1800. 1900. communes sunt; tum quartus centesimus 2000. iterum bissextilis est: atque hic ordo deinceps servatur, uti explicatum est num. 76. Unde an

anni

anni centesimi bissextiles sint, dignosces hoc modo: Ab anno dato subtrahe 1600. & residuum, rejectis prius duabus nullis, divide per 4. si nihil remanet, annus centesimus datus bissextilis est: si remanet 1. erit post bissextilem centesimum, primus centesimus communis: si remanet 2. erit secundus: si 3. tertius. Inspice exemplum anni 2400. qui hoc modo bissextilis reperitur: & alterum anni 35000. qui reperitur secundus centesimus communis post centesimum bissextilem.

Annus datus	—	—	2400
Subtrahe	— —	—	1600
Residuum	—	—	8|00
Divisum per	—	—	4
Relinquit	— —	—	0

Annus datus	—	—	35000
Subtrahe	—	—	1600
Residuum	—	—	334|00
Divisum per	—	—	4
Relinquit	—	—	2

119. Probl. 5. Dato anno numerum aureum assignare. Problema hoc stylo novo & veteri solvitur eodem modo:

nempe anno post Christum dato addatur 1. Summa dividatur per 19. qui facta divisione relinquitur est numerus aureus; si nihil relinquatur, numerus aureus est 19. Ratio patet ex num. 29. Inspice exemplum anni dati 1727.

Annus Chr. datus	—	—	1727
Adde	— —	—	1
Summam	—	—	1728
Divide per	—	—	19
Quotus erit	—	—	90
Et residuum num. aur.		—	18

Si annus datus præcedat æram Christianam, subtrahe 1. residuum divide per 19. qui relinquitur numerus subtrahatur à 19. prodibit cyclus lunæ, seu numerus aureus anni datum præcedentis: quare si addas 1. habebis numerum aureum anni currentis dati. Quod si pro ultimo residuo nihil remaneat signum erit, cyclum fuisse anno datum præcedente terminatum, adeóque cyclus incipiet iterum cum anno dato, unde numerus aureus erit I. Ratio patet ex eod. n. 29. Inspice exemplum anni ante Christum dati 776.

An.

An. ante Chr. datus	—	—	776
Subtrahe	—	—	1
Residuum	—	—	775
Divisum per	—	—	19
Dat quotum	—	—	40
& residuum	—	—	15
Quod subtractum à		—	19
Dat	—	—	4
Unde num. aureus		—	5

120. Probl. 6. Anni dati Epactam invenire. In tab. æquationis n. 102. propositâ, videatur imprimis, quænam littera anno centesimo proximè minori respondeat: tum in tabula expansa priorem præcedente, transversim percurrendo lineam, cui inventa littera præfigitur, invenies epactam sub numero aureo currente, in fronte tabulæ collocato. Quæritur v. g. Epacta anni 1727. In tab. æquat. anno 1700. proximè minori respondet littera majuscula C. ergo si lineam C percurras in tab. expansa, invenies sub num. aureo currente 18. priùs jam invento, epactam VII. quæ proinde erit epacta anni propositi 1727. Ratio patet ex natura epactarum, & constructione tabularum

superiùs explicata. Quâ porrò ratione independenter à tabulis continuari possint epactæ in annos sequentes, dictum est num. 85. & 87.

121. Probl. 7. Invenire litteram Martyrologii. Inventam epactam anni propositi quære in prima columna tabulæ expansæ sub num. aureo 3. littera, quæ epactæ respondet à latere, est littera Martyrologii, ex dictis num 101. sic eodem anno 1727. littera Martyrologii est g minusculum; quod nempe est à latere epactæ inventæ VII. in prima columna sub num. aureo 3. descriptæ.

122. Probl. 8. Novilunia per annum & ætatem Lunæ quolibet die invenire. Inspice Calendarium, in quo singulis diebus adscriptæ sunt epactæ, quale habetur in omnibus Breviariis &c. Epacta currens denotabit toto anno fieri novilunia iis diebus, quibus adscripta est. Sic currente epacta VII. anno 1727. Novilunia contingebant 24. Jan. 22. Febr. 24. Mart. &c. Quanquam hæc novilunia Ecclesiastica sint, & ex mente Ecclesiæ paulò tardiùs indicentur: unde non malè feceris, si diei epactam currentem præcedenti novilu-

nium

nium astronomicum attribueris: si nempe novilunium quæras, prout contingit in cœlo, non autem prout assumitur ab Ecclesia ad indagandum festum paschatis cum aliis festis mobilibus.

Hinc dies & ætas lunæ facillimè potest haberi quolibet die totius anni, si nempe initium numerationis in Calend. Ecclesiastico fiat à die, in qua notatur epacta anni currentis, ita ut dies ista dicatur dies prima lunæ, sequens secunda &c. donec iterum veniatur ad similem epactam in altero mense: & ipsa epactarum dispositio ostendet, qualis lunæ mensis cavus sit, aut plenus. Hac methodo describunt aliqui menses & dies lunares in Directoriis Ecclesiasticis, ut quemadmodum dies solares ostendunt, quo ordine celebranda sint festa immobilia, ita per dies lunares intelligatur, quo tempore celebrandum sit pascha, & festa ab eo dependentia. Præterea mensis lunaris dies quotidie nobis exhibent ætatem Lunæ. Luna porro censetur crescens usque ad diem 14. aut 15. ubi ferè plena est; tum decrescens per dies reliquos.

Si desit Calendarium ætatem Lunæ dato

quolibet die sat commodè memoriter invenies hoc modo: Diei mensis dato adde epactam currentem, summa dabit ætatem Lunæ in Januario, rejectis tamen 30. si summa major est: in Februario addendus erit præterea dies, quia Januarius habet 31. dies: in Martio nihil additur: in reliquis post Martium mensibns, quia singuli lunatione majores sunt, tot addendæ sunt unitates, quot à Martio effluxerunt menses inclusivè. Quæritur v. g. ætas Lunæ an. 1727. die 28. Martii, qui fuit dies natalis Serenis. Principis Elect. Bav. Maximiliani Josephi. Diei datæ 28. adde epactam currentem VII. fient 35. à quibus si rejicias 30. residuum 5. dabit ætatem Lunæ: nempe Luna erat tunc crescens per 5. dies, & aberat duobus circiter diebus à prima quadratura. Rursus quæritur ætas Lunæ anno 1725. die 6. Decemb. qui fuit dies natalis Serenissimæ Principis Bavar. Theresiæ Benedictæ. Diei datæ 6. adde epactam currentem XV. fient 21. Et quia à Martio ad Decembrem sunt inclusivè menses 10. adde 10 unitates, fient 31. à quibus si rejicias 30. residuum 1. dabit ætatem

TABULA VIII.
ad pag. 155.

Martius.			Aprilis.	
Lit. Dom.	Epactæ	Dies Menfis	Lit. Dom.	Epactæ
d	*	1	g	XXIX
e	XXIX	2	A	XXVIII
f	XXVIII	3	b	XXVII
g	XXVII	4	c	25. XXVI
A	XXVI	5	d	XXV XXIV
b	XXV 25.	6	e	XXIII
c	XXIV	7	f	XXII
d	XXIII	8	g	XXI
e	XXII	9	A	XX
f	XXI	10	b	XIX
g	XX	11	c	XVIII
A	XIX	12	d	XVII
b	XVIII	13	e	XVI
c	XVII	14	f	XV
d	XVI	15	g	XIV
e	XV	16	A	XIII
f	XIV	17	b	XII
g	XIII	18	c	XI
A	XII	19	d	X
b	XI	20	e	IX
c	X	21	f	VIII
d	IX	22	g	VII
e	VIII	23	A	VI
f	VII	24	b	V

tatem Lunæ; nempe Luna tunc incipiebat crescere post novilunium.

123. Probl. 9. Lunationem Paschalem determinare. Quoniam per num. 64. limites noviluniorum paschalium continentur intra diem 8. Martii & 5. Aprilis inclusivè, vide in Calend. Ecclesiastico, cujus fragmentum hìc appono, cuinam diei intra dictos limites apposita sit epacta anni dati; dies illa dabit neomeniam seu initium primi mensis sive lunationis Paschalis. v. g. Epacta anni 1727. erat VII. Hæc intra dictos limites respondet 24. Martii: igitur illo die incepit primus mensis, seu lunatio Paschalis. Vid. Tab. 8.

In Calendario veteri initium primi mensis determinabatur per num. aureum. v. g. D. Ambrosius n. 66. citatus, scribit anno 387. quod primo mense celebraturi sint Pascha, septimo Kal. Maji, quæritur initium primi mensis illius anni? Ex dictis n. 119. cyclus Lunæ seu numerus aureus erat illo anno VIII. Hunc numerum quære in tabula Calendarii veteris, quam apposuimus num. 27. invenies num. aur. VIII. intra dictos limites respondere 5. Aprilis: igitur in hoc ultimo Neomeaniarum Pascha-

ſchalium limite cœpit eo anno menſis primus.

124. Probl. 10. Ipſum Paſcha determinare. In lunatione paſchali numera 14. dies incluſivè à primo die, cui nempe adſcripta eſt epacta currens, & habebis Lunam XIV. paſchalem: poſt hanc quære litteram Dom. currentem, hæc indicabit diem, quo Paſcha celebrandum eſt. In exemplo, anni 1727. quia lunatio paſchalis incipit 24. Martii, numera ab hoc die incluſivè dies 14. pervenies ad 6. April. in hunc proinde diem incidit Luna XIV. paſchalis: & quia eo anno littera Dom. eſt E. contingit, ut ipſa Luna XIV. incidat in diem Dominicum; ſed quia juxta regulas Nicænas Paſcha celebrari debet eo die Dominico, qui Lunam XIV. primi menſis ſubſequitur, Paſcha primùm celebrandum eſt 13. April. ubi iterum apponitur littera Dom. E. Similiter in exemplo, quod retulit D. Ambroſ. quia anno 387. littera Dom. erat C. & initium primi menſis 5. Apr. ſequitur profectò Paſcha celebrandum fuiſſe 25. April. ſive ſeptimo Calend. Maji; utì S. Doctor ſcripſerat.

125. Probl. 11. Reliqua feſta mobilia inve-

invenire. Celebritas Paschæ est quasi cardo omnium festorum mobilium. Nam Dominica Septuagesimæ præcedit Pascha 9. hebdomadis: Septuagesimam sequitur Dom. sexagesimæ: hanc Dom. quinquagesimæ, & istam Dom. quadragesimæ, atque inter utramque ultimam est dies Mercurii Cinerum. A Paschate ad Ascensionem Domini sunt inclusivè dies 40. Ad Pentecosten sunt 50. his adde 11. & habebis festum Corporis Christi. Prima Dominica Adventûs erit, quæ proximior festo S. Andreæ, quæ consequenter non dependet à festivitate Paschæ, sed simpliciter ex littera Dominicali. Jejunia seu quatuor tempora inveniuntur hoc versu: *Post Pen. Cru. Lu. Ci. sunt tempora quatuor anni.* Nempe fer. 4. post Pentecosten; fer. 4. post festum S. Crucis mens. Sept. feria 4. post festum S. Luciæ mens. Dec. seu post Dom. 3. Advent. & denique fer. 4. post Cineres, seu post Dom. 1. Quadragesimæ. De festis immobilibus non est, quod dicamus, cùm sedem suam habeant in Calendariis, mutatis tantùm aliquibus Diœcesium propriis.

126. Probl. 12. Tabulam Paschalem,

festo-

festorúmque mobilium perpetuam componere, Præter Calendarium gemina plerumque tabula in Breviariis præponitur: una temporaria, cujus constructio facilis est ex dictis. & ejus usum omnes intelligunt. Altera est *Tabula Paschalis nova reformata*, universalis ac perpetua, quæ nobis restat explicanda. Ejus constructio dependet ex limitibus paschalibus n. 64. determinatis, aliísque regulis hactenus explicatis, & fit hoc modo: Assume 1.° litteram Dom. D. quæ respondet 22. Mart. Currente eadem lit. Dom. D. erit Pascha 29. Martii cum epactis septem sequentibus: XXII. XXI. XX. XIX. XVIII. XVII. XVI. quia illis epactis currentibus, Lunæ 14. incidunt in 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. Martii: ergo sequente Dominica, seu 29. ejusdem mensis, cui apponitur littera D. erit tunc festum Paschatis. Similiter invenies sub littera Dom. D. Pascha celebrari 5. Aprilis cum aliis 7. epactis: tum 12. April. cum septem aliis: & denique 19. Apr. cum epactis reliquis, ut patet, si præ oculis habeas Calendarium Ecclesiasticum, aut laterculum, qualem apposuimus num. 123. Igitur e regione litteræ Dom. D. appo-

appones inventas epactarum series quinque, quibus in alia columna suus cuique dies Paschatis respondeat, currente littera Dom. D. Eodem modo attendendo ad epactas singulas procedes cum littera Dom. E. eodémque modo cum reliquis, & tabulam construes, qualem hìc apponimus, & communiter habetur in Breviariis & Missalibus. Vid. Tab. 9.

127. Usus tabulæ facilis est: Assumatur littera Dom. currens (in anno bissextili posterior) quære dein in laterculo litteræ Domin. Epactam itidem currentem, & habebis e regione illius omnia festa mobilia. v. g. quia anno 1727. currit littera Dom. E cum Epacta VII. invenies e regione hujus Pascha 13. Apr. & in eodem versu festa reliqua mobilia. In annis bissextil. cautio adhibetur pro Septuagesima, & pro die cinerum, si in Februario celebretur: tunc nempe numero in tabula invento additur unitas. v. g. anno 1728. bissextili, e duabus litteris D C utendum posteriore C. cúmque simul currat Epacta XVIII. e regione hujus invenies Pascha 28. Martii, & in eodem versu reliqua festa mobilia; si tamen addas 1. pro Septuagesi-

gesima & die Cinerum, quia utrumque hoc festum celebratur ante Martium. Igitur Septuagesima erit 25. Januar. non 24. uti notatur in tabula. Similiter dies Cinerum erit 11. Febr. non 10. uti notatur. Ratio cautionis clara est; quia mensi Februario intercalatur dies, & ante hujus intercalationem prior littera Dom. in usu est: ergo tam Septuagesima, quàm dies Cinerum uno die promoventur versus mensis finem, cùm eandem semper habeant à Paschate distantiam.

PARS SECUNDA.

Defensio Calendarii Gregoriani.

128. PRæclarum hoc opus Gregorio Pontifice Maximo dignum, uti Summa circumspectione & industria fuit inchoatum, ita fuit pari studio & labore feliciter absolutum. Viri siquidem illi, qui ad hoc operam suam contulerunt, & consilia, erant non minùs in astronomicis, quàm rebus Ecclesiasticis versatissimi: habebant illi præ oculis SS. Canones, & cœlestes motus, quibus in disponendo hoc opere

opere dirigerentur, & simul ipsis cordi erat populi Christiani commoditas, ut in ejus usu Fideles per orbem universum dispersi, modo facili & accommodatissimo, in ratione temporis politica atque Ecclesiastica, summa cum pace inter se convenirent: nihil ab iis actum est sine prævio examine, nihil statutum sine ratione, ut abunde constat ex dictis. Hinc factum est, ut theoria firmis semper nitatur fundamentis, & praxis, quæ inde fluit, ita facilis sit, & omnium captui accommodata, ut Christiani Catholici, quocunque loco degant, eam sequendo æquali omnes facilitate, & uniformi simul ratione festa celebrent juxta mentem S. Matris Ecclesiæ, ac per universum orbem Christianam pacem servent illæsam.

129. Etsi autem hæc ita se habeant, mirum sanè videri potest, fuisse semper, & etiamnum esse aliquos, qui non modò Calendarium hoc rejiciant, sed etiam contumeliis proscindant, quod certè non meretur Calendarium. Ego audiendum putavi S. Basilium, qui epist. 43. monet, non oportere ad calumnias conticescere, ne scilicet, dum veritas silentio nostro sup-

ſupprimitur, alii damno ſuo decepti relinquantur in errore.

CAP. I.

Expenduntur Eorum rationes, qui noſtrum & omnem cyclum in determinando Paſchate repudiant.

130. PRima & antiqua eorum querela, ad nauſeam repetita, & ad ſatietatem regeſta, ex eo petitur, quod cyclus noſter Gregorianus ſcateat erroribus: affigit enim æquinoctium vernum diei 21. Martii, cùm tamen hinc inde ſæpius evagetur, neque per æquationem in Calendario præſcriptam, ibidem retineatur: deinde Epactæ per Calendarium diſpoſitæ, quandoque citiùs, ſæpe ſeriùs Lunas indicant, quàm eas cælum exhibeat: verbo, cyclus noſter ſæpius aberrat à cœlo, nec ſemper congruit cum veris rationibus aſtronomicis. Hinc autem fit interdum, ut Paſcha ſecundo, vel ultimo menſe celebremus, vel illud in quartam hebdomadem rejiciamus, contra SS. Canones, imò & inſtitutionem divinam. Quæ quidem omnia adeo vera ſunt, ut ea fateatur

tur Clavius, & errores Calendarii ad quatuor reducat capita, in Apologia Possevini contra Mæstlinum. Tum verò Schulenburgius pag. 110. sui operis, quod de Paschate vulgavit anno 1724. exclamat cum Strauchio: *Quid autem est habere confitentes reos, si hoc non est?*

131. Itane verò confitentes reos habetis! sed cujus criminis? chimærici scilicet aut phantastici: quod nempe non possimus facere, ut par & impar sint æqualia: grande crimen, Caje Cæsar! Anni & menses astronomici constant diebus, horis & minutis; anni verò & menses politici diebus solidis, & non possumus per cyclum facere, ut isti semper coæquentur prioribus: en crimen, cujus rei habemur! Numquid lepidum foret, si ipsis, qui eodem nobiscum anno solari politico utuntur, objiceretur, quod in anno communi peccent per defectum, in bissextili per excessum? si hoc liceat absque peccato in anno solari, cur id non liceat in anno lunari? Nonne eadem est vitandæ confusionis ratio in societate humana & commercio civili apud eas nationes, quæ utuntur anno lunari, ac apud eas, quæ solari utuntur?

tur? Eundem in finem apud sapientissimas quasque Nationes computus civilis adhibetur: uti autem talis computus per numeros rotundos & dies solidos rectè procedit, sic culpari non debet cyclus, qui dierum illorum ordinem rectè ostendit, etsi non semper cum rationibus astronomicis ad amussim conveniat: Id agnovit ipse Mæstlinus apud Clavium in Apol. lib. 1. c. 7. dum candidè, quod res est, fassus est his verbis: *Quòd si quis miretur, quare de his subtilitatibus astronomicis in anno politico vel Ecclesiastico disputem, is noverit, quòd ego & omnes sani, atque prudentes Mathematici ultrò confiteamur, hasce subtilitates astronomicas in rei veritate nihil conducere ad annum Politicum: unde neminem Politicorum & plebejorum hisce gravandum statuimus; sicut nec Julius Cæsar, prudentissimus Imperator, in anni restitutione subtilitatibus ullis turbas movere voluit.*

132. Unde si velint impugnare Cyclum Gregorianum, non impugnandus est ex eo, quod illi est naturale, & studiosè per cyclum quæritur; sed impugnari debet ex eo, quòd deficiat in iis, quæ illi propria sunt, nec obtineatur finis, qui per talem cyclum

cyclum intenditur: cycli autem natura & finis non eſt, ut apprimè ſemper luminarium motibus congruat; ſed ut modo facili & omnium captui accommodo menſium, ac dierum ordinem exhibeat in anno civili & Eccleſiaſtico; & ut ſimul hæc omnia ita cœlo reſpondeant, ut in diſcrepantia nunquam per exceſſum aut defectum excreſcat error, ſed quod hinc inde in minutiis neglectum eſt, ſuo tempore addendo vel demendo diem compenſetur, & omnia ad ſuas ſedes opportunè reſtituantur. Talem dicimus eſſe cyclum Gregorianum, & probamus: quòd enim computus iſte facilis ſit, & Fidelium captui accommodus, patet ex toto cap. 5. nec diſſentit D. Schulenburgius, qui pag. 88. agnoſcit, per ejusmodi cyclum modo facili, & quaſi ludendo, à quocunque, etiam qui non ſtuduerit, determinari poſſe tempus paſchale, & feſta per annum, nec opus eſſe media hora ad addiſcendam ejusmodi praxim, licèt amplius aliquid requiratur ad intelligendam illius theoriam.

133. Quòd verò cycli bonitatem attinet, id etiam hactenus probatum dedi-

mus; imprimis enim, uti vidimus n. 76. & 77. æquatio cycli solaris ad retinendum aut restituendum suo loco æquinoctium, ita facilis est, & exacta, ut nihil convenientius, nihil melius desiderari possit, quod ipsum judicavit D. Cassini, ut videre est in hist. Acad. Paris. ad annum 1701. Nec minùs facilis & exacta est æquatio cycli lunaris, uti ostendimus num. 23, 103. & seq. Inde est, quod Academici Parisienses ad annum 1704. asserant, nil felicius inveniri potuisse: cùm enim hæc æquatio sit intra annos 312½. unius diei, & intra annos 625. duorum dierum præcisè; sine numeris fractis, non indiget alia æquatione, sed Lunas suo tempore perfectè cœlo restituit. Tum addunt: Quis potuisset sperare, quòd cyclus, qui duntaxat ad usus civiles & Ecclesiasticos ordinatur, qui proinde omnimodam præcisionem non exigit, tantam nihilominus habeat, ac habeant ipsæ tabulæ astronomicæ? Dein D. Cassini ostendit, æquationem Gregorianam non tantum habere omnem perfectionem, quæ desiderari potest relatè ad usum Ecclesiasticum, sed etiam relatè ad usum astronomicum. Et inferiùs generatim

ratim Gregorianarum æquationum laudem his verbis complectuntur : *Æquationes mensium lunarium, & annorum solarium, à Gregorianis propositæ, sunt ita conformes astronomicis, ac desiderari possit : earum praxis est facillima, & aquè accommoda ad usum popularem quàm astronomicum.* En totum illud, quod in cyclo requiri potest. Et hoc ipsum satis agnoverunt Adversarii nostri, dum in Theatro Europæo part. 15. fol. 696. notarunt, quod cyclus Gregorianus hisce temporibus, & pluribus successivè sæculis à cœlorum motu differentia sensibili non discrepet, & à Canonibus non abludat. Idipsum nuper agnovit D. Franckenstein pag. 15. ubi fatetur cyclum Gregorianum valde accuratum esse, quantum scilicet exigi potest à cyclo.

134 His præsuppositis & demonstratis, unâ spongiâ diluuntur errores nobis objecti, quòd nempe quandoque Pascha celebremus mense secundo vel ultimo, aut illud rejiciamus in quartam hebdomadem; esto enim id interdum fiat spectatis rationibus astronomicis, nunquam tamen id evenit spectata ratione Calendarii politica, ubi Pascha semper primo men-

ſe, & hebdomade tertia celebratur. Eccleſia autem, & ſapiens quævis Natio ad uſus civiles & Eccleſiaſticos adhibet Calendarium politicum, nec Mathematici aliud poſſunt exigere, ſi ſani ſint & prudentes, (ut utar verbis Mæſtlini) modò tale Calendarium perfectionem ſibi propriam habeat; Gregorianum autem habere, ſat ſupérque oſtendimus. Et quàm ineptum eſſet, ſi quis & illis objiceret, quòd feſtum Circumciſionis Domini ultimo menſe celebremus, ſi fortè accidat, ut, dum hoc anno illud celebramus, ſol occupet 11. gradum Capricorni, dum verò celebramus anno ſeq. ſol adhuc hæreat in gradu 10. Utique enim ſemper celebramus; uti præſcribitur, prima die menſis & anni politici, ſive ſol circulum ſuum annuum necdum percurrerit, ſive jam inchoaverit novum, quod non attendimus; nobis enim ſatis eſt, quòd habeamus principium anni politici, probè ſcientes ex diſpoſitione Calendarii, illum ab anno aſtronomico non multùm diſcrepare.

135. Deinde computus noſter non toties aberrat à rationibus aſtronomicis, quoties illi vociferantur; Nam Epactæ, uti etiam

etiam ad annum 1704. notârunt astronomi Parisienses, congruunt intra eundem, aut plures cyclos decennovenales diversis successivè meridianis; nullus autem meridianus, ad quem exigi debeant, specialiter ab Ecclesia, communi omnium fidelium Matre, determinatus est; inde fit, ut si non exactè congruant uni meridiano, meliùs congruant alteri. Et hæc variatio, utì cyclo naturalis est, ita est Calendario civili, ad communem omnium usum convenientissima. Quòd si denique currente eodem numero aureo, post unum, alterum aut tertium sæculum uno circiter die respectu determinati meridiani deflectant Epactæ, tunc per æquationem præscriptam restituuntur, & iterum salva sunt omnia. Quid jam ampliùs desiderari potest ad perfectionem Calendarii Politici, quòd fidelibus Christianis toto terrarum orbe dispersis æqualiter serviat?

136. Jam quod ad Clavium attinet, non loquitur ille, nisi de erroribus impropriè dictis, & hoc loquendi modo aliud significare non intendit, nisi quod cyclus politicus cœlestium luminarium motibus non semper coæquetur, sicuti dum annus po-

liticus peccare dicitur per excessum aut defectum, aliud significare non volumus, nisi discrepantiam anni politici ab astronomico, quam evitare non possumus, nec intendimus. Id patet ex planissimis ejus verbis, loc. cit. subnexis: *Verùm*, inquit, *hi quatuor errores (si erratum dicendum est, quod non temerè, sed necessariò admitti interdum debet) in nullo Calendario, quod per cyclos & regulas captu faciles atque uniformes, ut par est, instituitur, evitari possunt.* Id satis experti sunt Scaliger, Calvisius & alii, quorum labores in concinnando meliore Calendario cassi fuerunt, & inanes. Meliori nos jure errores ipsis objicimus, & quidem tales, qui digito monstrari possint: talis fuit ille, quem nuperrimè post omnes suas disceptationes, consultationes & statuta commiserunt, dum anno 1724. eorum aliqui in Imperio Pascha celebrarunt die Aprilis 9. alii 16. contra apertos Canones Nicænos & Arelatenses, qui volunt, ut omnes concorditer uno eodémque tempore Pascha celebrent; & ita *visum est communi omnium judicio*, utì testatur Constantinus Imper. in sua epist. ad Ecclesias, *neque enim in re*

tam

tam sancta & solenni ulla dissensio debet existere. Hanc inter ipsos dissensionem, ne remotiùs excurram, vidimus Ratisbonæ & Augustæ; lepidum aliud addidêre Protestantes Kauffburani, qui festum suum ascensionis Domini anticipando transtulerunt in diem Mercurii, quia Mercatus ibi habetur die Jovis: & hoc, uti nonnemo in foliis publicis Augustæ notavit, contra clarum Dei verbum, quod enumerat 40. dies à Resurrectione ad Ascensionem. Hæc in Paschate, aliísqe festis dissensio error est major, & majora pariens incommoda, quàm errores, quos nobis objiciunt innocentissimos: excutiunt nempe culicem, & degluciunt Camelum. Si tanta est carpendi cyclos libido, acuant illi calamum in Anglos & Suecos, qui, dum utuntur Calendario veteri, multùm & magis semper aberrant à cœlo; invenient hìc, quo solidè occupentur, quin litem nobis moveant in minutiis; vel certè, aut desinant cyclum nostrum, ut adeò imperfectum carpere, aut conficiant illi meliorem; sed cùm tot alii hac in re oleum & operam perdiderint, maluerunt illi animum convertere ad calculum astronomicum; & cyclos pe-

nitus repudiare. Interea meritò ab ipsis exigimus, ut cyclum noſtrum, quatenus cyclus eſt, non reprehendant, aut nobis oſtendant meliorem; utrum autem rejecto omni cyclo, præferri debeat in Calendario ad uſus civiles, qualis eſt feſtorum determinatio, calculus aſtronomicus, id ſpectat ad aliam quæſtionem nunc examinandam.

Cap. II.

Expenduntur eorum rationes pro calculo aſtronomico.

137. Cum ſtatus Imperii Proteſtantes advertiſſent, Calendariuum Julianum, quod à majoribus acceperant, à cœlo magis aberrare, & per majorem à Calend. Gregor., quo utuntur Catholici, diſcrepantiam, majorem quoque in commerciis oriri confuſionem: mediam illi viam iniêre ſub initium hujus ſæculi, quâ nempe ita convenirent cum Catholicis, ut ab iis ſimul diſcreparent admiſcendo calculum aſtronomicum, cùm de feſto Paſchatis determinando agitur. Quare anno 1700. expunxerunt illi è menſe Februario

rio 11. omnino dies, ut posthac nobiscum in dierum numeratione & festis plerisque convenirent: Pascha verò determinari voluerunt per calculum astronomicum. Calendarium illud, etsi correctum diceretur, non fuit tamen ita emendatum, quin paucis post annis ulteriori manu indigeret: sivè quòd tunc temporis, uti non nemo candidè fatetur in scripto, *de fundamentali Calendariorum discrimine*, non prævidérint, futuram tam brevì in Calendariis discrepantiam: vel non attenderint ad omnes difficultates. quæ ex hac nova Calendarii forma enasci poterant.

138. Hinc factum est, ut anno 1722. controversia de Calendario denuò suscitaretur, variáque orta sint dubia, quibus ut satisfacerent eorum Astronomi, suam quisque mentem scripto, aut foliis impressis exposuit, misítque ad status Imperii congregatos Ratisbonæ, ac denique post multas discussiones statutum est, ut equidem intercalatio Gregoriana in anno politico retineretur; festum verò Paschatis determinaretur per supputationem æquinoctii verni, & plenilunii paschalis astronomicam; & quidem ex tabulis Rudolphinis

phinis ad Meridianum Uranoburgicum. Neque tamen præcisio hæc astronomica visa est illis sufficere, ut Pascha die Dominico post terminum paschalem astronomicè inventum determinaretur celebrandum; sed voluerunt insuper, ut attenderetur ad Pascha Judæorum: hinc novicium addidêre Canonem, quo præcipitur, ut priùs inquiratur per calculum Judaicum, an non forsan illo die Dominico pascha suum celebrent Judæi, síque reperiatur celebrari, tunc Pascha differatur in alteram Dominicam sequentem. Inde fit vi istius canonis, ut tametsi anno 1778. & anno 1798. Plenilunium Paschale, inventum astronomicè, cadat in Sabbatum, Pascha nihilominus die Dominico seq. non celebretur, sed in alteram Dominicam rejiciatur. Annis verò 1724. & 1744. cùm non obstet ratio hæc judaica, Pascha celebrant Dominicâ Sabbatum proximè sequente. Etsi autem hæ regulæ à nostris diversæ sint, contingit tamen, ut hoc sæculo bis tantùm differamus in Paschate, nempe anno 1724. & 1744. Hæc est nova illorum methodus, & quia nova est, indiget fundamentis, quibus fulciatur; ne ista

iſta deeſſe videantur, ſtrenuam in iis ſtabiliendis operam collocârunt eorum ſcriptores: an ſolida ſint, vel ſabuloſa, colligi poterit comparando noſtras, & eorum rationes.

§. I.

Calculus Aſtronomicus nec à Deo nec à Concilio Nicæno præſcriptus eſt.

139. IMprimis eorum aliqui calculum aſtronom. repetere videntur ab ipſa inſtitutione Divina. Sic D. Gaupp in ſua explicatione Calendarii Proteſtantium correcti §. 18. ait, præceptum à Deo Judæis Paſcha coincidere cum primo plenilunio vero poſt æquinoctium vernum, quamvis Judæi per computum ſuum cyclicum, verum hunc Paſchatis diem à Deo determinatum non ſemper obſervent. D. Franckenſtein in ſuo tract. de Feſto Paſchatis pag. 21. ait, anno 1609. plenilunium verum accidiſſe 19. Apr. quo die Paſcha celebravimus contra mentem Concil. Nic. ſed optimè cum Judæis juxta inſtitutionem

nem Divinam. Similia habet D. Schulenburg §. 4. 7. &c. cùm igitur Paſcha Judæorum ſit terminus Paſchalis Chriſtianorum, ſequitur profectò hunc aſtronomice inquirendum eſſe. Qualis fuerit dies Paſchatis Judæorum jam dixi n. 37. & 38. qualis item terminus Paſch. Chriſtianorum, n. 62. & ſeq. & de his paulò poſt plura dicemus. Hic duntaxat examinamus præciſionem illam aſtronomicam, quam à Deo præceptam aſſerunt.

140. Sed unde probant? Non ex Script. Sacra, quæ tamen juxta ipſos in iis, quæ ſunt inſtitutionis Divinæ, potiſſimum eſt, vel unicum probandi fundamentum. Scriptura ſiquidem in Paſchatis inſtitutione nuſquam ullius præciſionis aſtronomicæ meminit, nec plenilunii, multò minus plenilunii veri, imò nec Lunæ meminit, ſed ſimpliciter diem menſis aſſignat, haud dubiè politici, qualis apud Judæos tunc erat in uſu. Certè Keplerus, ex cujus tabulis Paſcha ſupputandum decrevêre, utpote inſignis trium Imperatorum Mathematici; Keplerus, inquam, vir tantus, dubitavit, imò in ea opinione fuit; ut vidimus n. 33. menſes lunares ne quidem apud

He-

Hebræos fuiſſe in uſu tempore Moyſis, cùm de his in Script. nihil inveniatur. Sed eſto fuerint lunares, ut nobis probabilius loc. cit. videbatur, nullius tamen præciſionis aſtronomicæ meminit Scriptura, nec in Luna, nec in æquinoctio: ſed Lex divina duntaxat præcipit, ut obſervent tempore verno menſem novarum frugum, & in eo faciant Paſcha die 14. *Hæc determinatio*, ut obſervant Academici Pariſ. ad ann. 1701. *erat ſatis vaga, & libertatem eis concedebat temporis accuratiùs determinandi.* Id poſtea fecerunt, cùm vel à Chaldæis, vel ut opinatur Keplerus, à Græcis aut aliis aſtronomis, cœleſtium motuum rationes paulò accuratiùs didicerunt: eorum tamen computus non erat niſi popularis, imò valdè imperfectus, ſi, quod multi faciunt, Keplero credimus, qui epiſt. 16. dicit, quod Priſci Judæi uſque ad Chriſti ferè tempora, in uſu Calendarii nihil ultra vulgi captum ſapuerint, parúmque de cœlo fuerint ſolliciti, perpetuis bellis exerciti. Inde eſt, quòd multi Auctores, uti vidimus n. 46. & 49. exiſtiment, Paſcha Chriſti ſupremum ex rationibus aſtronomicis determinari non poſſe. His

assentiuntur Astronomi Paris. loc. cit. addúntque, antiquam Ecclesiæ traditionem vix explicari posse, nisi supponatur decimam quartam judaicam plus quàm integro die plenilunium præcessisse. Sed de his jam alibi cap. 3. satis est hic ostendisse, nullum extare hujus astronomicæ institutionis Divinæ vestigium, quidquid postea scripserint Rabbini, aliíque scriptores Judæi, qui rationes astronomicas accuratiùs expendentes, quod vagè duntaxat in lege determinatum erat, ad certas regulas revocarunt; servando tamen formam Calendarii politici, quod hodiedum per suos cyclos faciunt Judæi, ut postea dicetur.

141. Solidius calculi astronomici fundamentum, quod propius ad rem faciat, & Christianos directè obliget, Protestantium plerique se invenisse autumant in Concilio Nicæno, cujus mens & voluntas juxta eorum interpretationem fuit, ut, quæ ad Pascha præsupponuntur, astronomicè inquirantur, demandatâ statim Alexandriæ Patriarchis calculi hujus provinciâ. Hoc præceptum videtur ipsis tam expressum, ut eorum aliqui anno 1722. nobis

excommunicationem intentarint, & postea D. Franckenstein in cit. tract. de Paschate pag. 23. nobis exprobret, quod per erroneum cyclum nostrum Canones Concil. Nicæni, si primum de observando die Dominico excipias, sæpe violemus, & propterea *in excommunicationem latæ sententiæ* toties incidamus. Sed investigemus, ubi extet grave hoc præceptum, ubi sint Canones Nicæni, qui severum hunc calculum exigant?

142. Ego certè nihil eorum omisi, quæ ad diligentem hujus Canonis investigationem requirebantur, nusquam tamen reperi; nec etiam in Protestantium Auctoribus invenire potui, quo loco quærendum mihi esset severi hujus calculi præceptum: ulteriore demum labore me liberavit D. Schulenburg, qui pag. 79. scribit, dolendum esse, acta omnia Concilii Nicæni, atque adeò etiam ea, quæ accuratam Paschatis determinationem spectant, ad nos non pervenisse. Accurata hæc determinatio fit juxta ipsos per solum calculum astronomicum: si ergo acta Concilii de accurata Paschatis determinatione ad nos non pervenerint, unde probabitur

ſeverus ille calculus? Hunc Schulenburgius pag. 81. & 118. probat ex eo, quòd Alexandriæ Patriarchis, ubi potiſſimùm florebat aſtronomia, commiſſum ſit officium ſupputandi accuratiſſimè per calculum aſtronomicum, vel, ùt alii loquuntur, determinandi meliore modo poſſibili terminos paſchales & feſtum Paſchatis, illúdque quotannis denunciandi aliis Patriarchis: melior autem ſupputandi modus non eſt, quàm aſtronomicus; síque cyclus aliquis tunc fuit in uſu, quid opus erat tanta cum Alexandrini Epiſcopi moleſtia, ad Eccleſias adeò diſſitas feſti Paſchalis deſcriptionem annuatim diſtrahere?

143. Ad hoc imprimis ℞, me quidem legiſſe, demandatam fuiſſe Alexandrino Epiſcopo Calendarii & feſti Paſchatis indicendi curam; nuſquam tamen me legiſſe, voluntatem fuiſſe Concilii Nicæni, ut termini paſchales determinarentur quotannis per calculum aſtronomicum: Concilium equidem accuratam Paſchatis obſervationem optavit & voluit, ſuis nempe regulis conformem, qualis ex cyclo ritè ordinato deducitur; & ut hoc obtineret, Calen-

darii

darii curam commisit Alexandrinis Episcopis, uti explicatum est cap. 3. §. 4. Ex hoc autem tam parum probatur calculus, quem intendunt, quàm parum probatur ex eo, quòd Gregorius XIII. astronomos peritissimos adhibuerit ad emendationem Calendarii veteris: Non enim dubium est, quin calculus astronomicus præsupponatur ad conficiendum aut examinandum cyclum; non tamen inde sequitur postea semper repetendum esse, quoties terminus paschalis inquiritur. Jam primis Ecclesiæ sæculis, ut observant ad annum 1701. Acad. Reg. Paris. Astronomi, fuerant Viri sancti, in divinis & humanis scientiis versati, qui in determinatione Lunæ Paschalis cyclos adhibuerant; sed hi cycli erant valde imperfecti: in cyclo Hippolyti intra 16. annos Neomeniæ Ecclesiasticæ antevertebant astronomicas toto triduo: triduo ferè in cyclo Anatolii intra 19. annos. Alius circumferebatur cyclus 84. annorum paulò melior, in quo tamen quater repetito fuisset anticipatio 5. dierum. Cùm igitur neque octaeterides Hippolyti, vel Dionysii Alexandrini, neque Enneadecaterис Anatolii, nec alius cyclus

cœlo satis congrueret, cyclus desiderabatur exactior, qui Lunas meliùs indicaret, & simul esset ad mentem Concilii Nicæn. quod limites Paschales à Conc. Cæsariensi statutos paululùm immutaverat, variásque aliorum difficultates fixis regulis complanârat. Hunc nemo meliùs poterat construere, quàm Alexandrini, in astronomia præ cæteris versati, & fortè construxerunt ex tabulis, quas Ptolomeus Alexandriæ composuerat, supputando neomenias lunares, ut opinatur Petavius, & affigendo numeros aureos iis mensium diebus, in quos illæ incidebant, cùm revera tempore Concilii Nic. Neomeniæ Ecclesiasticæ & astronomicæ plerumque satis convenirent. Ex hoc autem aliud non probatur, nisi quod Alexandrini, utì postea fecerunt Gregoriani, adhibuerint calculum astronomicum, ad concinnandum Calendarium suum politicum, cujus explicationem invenies apud Petavium lib. 6. de Doct. temp. Astronomi Regii Paris. existimant, neomeniam paschalem primi duntaxat anni Enneadecaderidis fuisse definitam astronomicè, quæ nempe anno 323. ad initium cycli contigit 23. Martii, ubi

ubi affixus eſt numerus aureus I. reliquas verò determinatas fuiſſe populariter per ſubtractionem 11. dierum, aut additionem menſis lunaris, uti explicant ad annum 1701. & intelligi poteſt ex n. 28. &c.

144. Neque calculus aſtron. ex eo probatur, quòd Alexandrini quotannis feſtum Paſchatis denunciarint: ſi enim moleſtum erat Epiſcopo quotannis ſcribere, poterat facilè huic incommodo mederi, etiam per calculum aſtronom. ſupputando & denunciando feſtum Paſchatis in plures annos ſequentes: cùm enim juxta ipſos aliud non prærequiratur, quàm ſupputatio æquinoctii & plenilunii verni, poteſt iſta quilibet aſtronomus intra breve tempus in longa tempora ſupputare, uti nuper fecit D. Gaupp pro toto hoc ſæculo. Unde ſi allata ratio quidquam probat, probat potiùs noluiſſe Alexandrinos cyclum ſuum ſtatim divulgare, vel quia volebant ejus Bonitatem per obſervationes & experientiam priùs examinare, vel quia nolebant omnibus communem facere, ut prærogativa denunciandi Paſchatis penes ipſos ſervaretur. Deinde hoc non erat novum in Eccleſia Dei; legimus enim in Conc. Arela-

tenfi can. 1. jam olim fuiffe confuetudinem, ut fummus Pontifex feftum Paschatis indiceret, & litteras ad omnes dirigeret; & tamen nemo tunc fomniabat, id factum fuiffe per calculum aftronomicum. Concilium ergo Nicæn. hanc confuetudinem non introduxit, fed tantùm addidit, ut celebritas Pafchalis ab Alexandrinis, utpote peritioribus, priùs determinaretur, ut nempe omnes, qui vel in cyclis, vel in annorum ratione difcrepabant, meliùs in feftorum celebratione convenirent, uti explicatum eft n. 66. & 67. Imò D. Schulenburg agnofcit pag. 81. hanc confuetudinem denunciandi fefta etiamnum vigere, quamvis Calendaria paffim habeantur præ manibus. Convenit nempe, ut fideles populi Paftorum fuorum vocem audiant; & Doctis cum indoctis præceptam feftorum obfervationem ab iis percipiant. Et fanè mirum eft, Adverfarios noftros tantùm fundamenti pro fuis minutiis aftronomicis in hac Alexandrinorum denunciatione reponere, cùm tamen alia à Patriarchis Alex. expreffiùs denunciata contemnant. Audiant, quomodo Theophilus Alexandrinus in 1. fua epift. pafchali hoc feftum denunciet; fic loquitur: *Inci-*

ci-

cipientes quadragesimam à tricesima die mensis Mechir, & hebdomadam salutaris Paschæ 5. die mensis Pharmuthi, finientésque jejunia secundùm EVANGELICAS traditiones vespere Sabbati; decima die Pharmuthi, & illucescente statim Dominica festa celebremus.

§. 2.

Exponuntur Rationes, quibus probatur usus Cycli semper in Ecclesia retentus.

145. SEd forsan replicabunt, me hic multa ad speciem plausibilia dicere, interea tamen non meliùs probare computum cyclicum, quàm alii probent astronomicum, cùm neutrius meminerit Concilium Nicæn. in canone, qui ad nos pervenerit. Addit non nemo ex Sturmio, computum cyclicum primùm postea inventum propter ignorantiam Pastorum in astronomicis. Ad hoc ℟. me utique meliùs, & jam sufficienter id ostendisse c. 3. speciatim §. 3. & 4. ut tamen pleniùs satisfaciam Adversariis, rationes aliquas in pugnum contraho. Imprimis id patet ex modo loquendi Conciliorum & SS. Pa-

trum: nam uti olim Scriptura in hujus festi legibus annorum, mensium, hebdomadarum, dierum rationem habuit; ita Concilia & SS. Patres in suis decretis & doctrina de Paschate eundem loquendi modum retinuerunt. Sic Conc. Nic. can. citato, vult Pascha celebrari die Dominica, quæ decimam quartam primi mensis subsequitur. Conc. Romanum, quod sub Sylvestro acta Conc. Nic. præsente Constantino omnibus observanda confirmavit, Pascha celebrandum dicit à 14. ad 21. primi mensis. Ita quoque SS. Patres & Scriptores Ecclesiastici cap. 3. citati, Pascha celebrandum asserunt hebdomade tertia primi mensis, à die 15. usque ad diem 21. Hæc planè denotant computum civilem ex Calendario politico desumptum, in quo menses & dies anni lunaris civiliter numerentur eo cum proportione modo, quo nos dies mensis in anno solari numeramus; neque fieri potest, ut plenilunium verum in eundem mensis diem, velut in terminum paschalem præscriptum semper incidat, propter menses cavos & plenos, propter annos communes & abundantes, bissextiles & embolismicos, uti

patet

patet ex dictis cap. 1. 2. & 4. & ampliùs patebit ex dicendis. Idipſum confirmatur ulteriùs, quia computus civilis & cyclicus erat jam in uſu primis ſæculis in Eccleſia Græca & Latina, uti ex memoratis cyclis colligitur, atque ex modo loquendi Victoris Papæ in ſua decretali. Item ex actis Concilii Cæſar. in Palæſt. & ex epiſt. Synodica Theophili Cæſ. Epiſcopi, aliiſque monumentis; nec ulli, quod ſciam, venit in mentem, calculum aſtron. jam tum fuiſſe in definiendo Paſchate uſitatum. Non autem conſtat Conc. Nicæn. hunc computandi modum rejeciſſe, ſed potiùs confirmaſſe, veluti morem à primis temporibus rectè obſervatum, uti patet ex epiſt. ejus Synodica n. 60. citata: nec aliud ab Aſiaticis petiit Concilium, quàm ut omnes, qui priùs teſte Polycrate *diem Paſchatis 14. die* obſervabant, diem Dominicum ſequentem expectarent, & cum aliis in eo Paſcha facerent à 15. uſque in diem menſis 21. Plenilunium verum & ultima quadratura, ſunt termini à privatis Auctoribus, ultimis potiſſimùm ſæculis ſubſtituti, quos in ſuis decretis nuſquam uſurpavit Eccleſia, quæ ſimpliciter diem 14. pri-

mi

[illegible] aliquot pro termino Paschali, & [illegible] celebrari intra diem [illegible] nulla mentione facta quadratu- [illegible].

[illegible] ex incolento D. Am- [illegible] qui vixit & scripsit eo [illegible] quo [illegible] est Concil. Nic. [illegible], computum cycli- [illegible] a Concilio assumptum & ap- [illegible] vidimus n. 65. & 66. ma- [illegible] sublatum, clariùsque testi- [illegible] non afferent Adversarii. Id pa- [illegible] Eusebio Cæsar. qui, ubi refert El. [illegible] in Biblioth. Ancior. Eccl. tom. 2. *[illegible] Paschalem compo- [illegible], cui illum nuncupavit.* [illegible] Eusebiani me- [illegible] S. Hieron. in elogio S. Hippolyti in- [illegible] Memini quoque Ceol- [illegible] Eusebius ipse lib. 4. de vita [illegible] &c. Jam verò Constantinus & [illegible] Concilio Nicæno, [illegible] non ignorabant: non igitur [illegible], Imperatorem petiisse, [illegible] contra Concilii decre- [illegible], sibi cyclum compo- [illegible] juxta mentem Con-

Concilii. Id patet 5. ex rescripto S. Cyrilli ad Conc. Carthag. VI. quod petierat, Pascha sibi in annum sequentem indicari. In eo rescripto, quod extat in Manuscripto Codice P. Sirmandi, cujus fragmentum refert Petavius lib. 2. de Doct. Temp. cap. 64. multa de Paschate differit Cyrillus, & Patrum Africanorum petitioni ac dubiis satisfacit, non afferendo calculum astronomicum, sed rationem anni embolismi. *Cavendum est*, inquit, *ne faciamus Pascha anni embolismi in anno communi, & communis in embolismo.* His in fine subjicit: *Responsum est, ut opinor, omnibus, quibus interrogastis me, & omnia scripta authentica Nicænæ Synodi protuli.* En rursus computum cyclicum ex mente Concilii Nic. probatum! Qua igitur ratione dici potest, cyclos demum inventos esse propter ignorantiam Pastorum? Theophilus certè & Cyrillus, nec erant ignorantes in astronomicis, nec in iis, quæ acta fuerant in Conc. Nicæno, cujus Scripta Authentica penes se habebant; & tamen uterque cyclum composuit, & per computum cyclicum Pascha indicavit.

147. Id patet 6. ex pluribus, quæ af-

ferri

cœlo satis congrueret, cyclus desiderabatur exactior, qui Lunas meliùs indicaret, & simul esset ad mentem Concilii Nicæn. quod limites Paschales à Conc. Cæsariensi statutos paululùm immutaverat, variásque aliorum difficultates fixis regulis complanârat. Hunc nemo meliùs poterat construere, quàm Alexandrini, in astronomia præ cæteris versati, & fortè construxerunt ex tabulis, quas Ptolomeus Alexandriæ composuerat, supputando neomenias lunares, ut opinatur Petavius, & affigendo numeros aureos iis mensium diebus, in quos illæ incidebant, cùm revera tempore Concilii Nic. Neomeniæ Ecclesiasticæ & astronomicæ plerumque satis convenirent. Ex hoc autem aliud non probatur, nisi quod Alexandrini, utì postea fecerunt Gregoriani, adhibuerint calculum astronomicum, ad concinnandum Calendarium suum politicum, cujus explicationem invenies apud Petavium lib. 6. de Doct. temp. Astronomi Regii Paris. existimant, neomeniam paschalem primi duntaxat anni Enneadecaderidis fuisse definitam astronomicè, quæ nempe anno 323. ad initium cycli contigit 23. Martii, ubi

ubi affixus eſt numerus aureus I. reliquas verò determinatas fuiſſe populariter per ſubtractionem 11. dierum, aut additionem menſis lunaris, utì explicant ad annum 1701. & intelligi poteſt ex n. 28. &c.

144. Neque calculus aſtron. ex eo probatur, quòd Alexandrini quotannis feſtum Paſchatis denunciarint: ſi enim moleſtum erat Epiſcopo quotannis ſcribere, poterat facilè huic incommodo mederi, etiam per calculum aſtronom. ſupputando & denunciando feſtum Paſchatis in plures annos ſequentes: cùm enim juxta ipſos aliud non prærequiratur, quàm ſupputatio æquinoctii & plenilunii verni, poteſt iſta quilibet aſtronomus intra breve tempus in longa tempora ſupputare, utì nuper fecit D. Gaupp pro toto hoc ſæculo. Unde ſi allata ratio quidquam probat, probat potiùs noluiſſe Alexandrinos cyclum ſuum ſtatim divulgare, vel quia volebant ejus Bonitatem per obſervationes & experientiam priùs examinare, vel quia nolebant omnibus communem facere, ut prærogativa denunciandi Paſchatis penes ipſos ſervaretur. Deinde hoc non erat novum in Eccleſia Dei; legimus enim in Conc. Arela-

 ten-

tensi can. 1. jam olim fuisse consuetudinem, ut summus Pontifex festum Paschatis indiceret, & litteras ad omnes dirigeret; & tamen nemo tunc somniabat, id factum fuisse per calculum astronomicum. Concilium ergo Nicæn. hanc consuetudinem non introduxit, sed tantùm addidit, ut celebritas Paschalis ab Alexandrinis, utpote peritioribus, priùs determinaretur, ut nempe omnes, qui vel in cyclis, vel in annorum ratione discrepabant, meliùs in festorum celebratione convenirent, uti explicatum est n. 66. & 67. Imò D. Schulenburg agnoscit pag. 81. hanc consuetudinem denunciandi festa etiamnum vigere, quamvis Calendaria passim habeantur præ manibus. Convenit nempe, ut fideles populi Pastorum suorum vocem audiant, & Doctis cum indoctis præceptam festorum observationem ab iis percipiant. Et sanè mirum est, Adversarios nostros tantùm fundamenti pro suis minutiis astronomicis in hac Alexandrinorum denunciatione reponere, cùm tamen alia à Patriarchis Alex. expressiùs denunciata contemnant. Audiant, quomodò Theophilus Alexandrinus in 1. sua epist. paschali hoc festum denunciet; sic loquitur: *In-*

ci-

cipientes quadragesimam à tricesima die mensis Mechir, & hebdomadam salutaris Paschæ 5. die mensis Pharmuthi, finientésque jejunia secundùm EVANGELICAS traditiones vespere Sabbati; decima die Pharmuthi, & illucescente statim Dominica festa celebremus.

§. 2.

Exponuntur Rationes, quibus probatur usus Cycli semper in Ecclesia retentus.

145. SEd forsan replicabunt, me hic multa ad speciem plausibilia dicere, interea tamen non meliùs probare computum cyclicum, quàm alii probent astronomicum, cùm neutrius meminerit Concilium Nicæn. in canone, qui ad nos pervenerit. Addit non nemo ex Sturmio, computum cyclicum primùm postea inventum propter ignorantiam Pastorum in astronomicis. Ad hoc ℞. me utique meliùs, & jam sufficienter id ostendisse c. 3. speciatim §. 3. & 4. ut tamen pleniùs satisfaciam Adversariis, rationes aliquas in pugnum contraho. Imprimis id patet ex modo loquendi Conciliorum & SS. Pa-

trum: nam uti olim Scriptura in hujus festi legibus annorum, mensium, hebdomadarum, dierum rationem habuit; ita Concilia & SS. Patres in suis decretis & doctrina de Paschate eundem loquendi modum retinuerunt. Sic Conc. Nic. can. citato, vult Pascha celebrari die Dominica, quæ decimam quartam primi mensis subsequitur. Conc. Romanum, quod sub Sylvestro acta Conc. Nic. præsente Constantino omnibus observanda confirmavit, Pascha celebrandum dicit à 14. ad 21. primi mensis. Ita quoque SS. Patres & Scriptores Ecclesiastici cap. 3. citati, Pascha celebrandum asserunt hebdomade tertia primi mensis, à die 15. usque ad diem 21. Hæc planè denotant computum civilem ex Calendario politico desumptum, in quo menses & dies anni lunaris civiliter numerentur eo cum proportione modo, quo nos dies mensis in anno solari numeramus; neque fieri potest, ut plenilunium verum in eundem mensis diem, velut in terminum paschalem præscriptum semper incidat, propter menses cavos & plenos, propter annos communes & abundantes, bissextiles & embolismicos, uti

patet

patet ex dictis cap. 1. 2. & 4. & ampliùs patebit ex dicendis. Idipſum confirmatur ulteriùs, quia computus civilis & cyclicus erat jam in uſu primis ſæculis in Eccleſia Græca & Latina, utì ex memoratis cyclis colligitur, atque ex modo loquendi Victoris Papæ in ſua decretali. Item ex actis Concilii Cæſar. in Palæſt. & ex epiſt. Synodica Theophili Cæſ. Epiſcopi, aliíſque monumentis; nec ulli, quod ſciam, venit in mentem, calculum aſtron. jam tum fuiſſe in definiendo Paſchate uſitatum. Non autem conſtat Conc. Nicæn. hunc computandi modum rejeciſſe, ſed potiùs confirmaſſe, veluti morem à primis temporibus rectè obſervatum, utì patet ex epiſt. ejus Synodica n. 60. citata: nec aliud ab Aſiaticis petiit Concilium, quàm ut omnes, qui priùs teſte Polycrate *diem Paſchatis 14. die* obſervabant, diem Dominicum ſequentem expectarent, & cum aliis in eo Paſcha facerent à 15. uſque in diem menſis 21. Plenilunium verum & ultima quadratura, ſunt termini à privatis Auctoribus, ultimis potiſſimùm ſæculis ſubſtituti, quos in ſuis decretis nuſquam uſurpavit Eccleſia, quæ ſimpliciter diem 14. pri-

mi mensis assignat pro termino Paschali, & vult solemnitatem celebrari intra diem 15. & 21. nulla mentione facta quadraturæ, velut limitis ultimi.

146. Id patet 3.° ex luculento D. Ambrosii testimonio, qui vixit & scripsit eo ipso sæculo, quo celebratum est Concil. Nic. & apertè docet, computum cyclicum fuisse à Concilio assumptum & approbatum, utì vidimus n. 63. & 66. majoris Auctoritatis testem, clariùsque testimonium non afferent Adversarii. Id patet 4. ex Eusebio Cæsar. qui, utì refert El. Dupin in Biblioth. Auctor. Eccl. tom. 2. *circa annum 332. cyclum Paschalem composuit rogatu Imperatoris, cui illum nuncupavit.* Hujus cycli decennovenalis Eusebiani meminit S. Hieron. in elogio S. Hippolyti inter Script. Eccles. Meminit quoque Ceolfridus, Beda, Eusebius ipse lib. 4. de vita Constantini &c. Jam verò Constantinus & Eusebius interfuerant Concilio Nicæno, cujus statuta non ignorabant: non igitur præsumendum est, Imperatorem petiisse, & Eusebium fecisse contra Concilii decreta, dum ille petiit, iste cyclum composuit, sed potiùs id fecisse juxta mentem

Con-

Concilii. Id patet 5. ex rescripto S. Cyrilli ad Conc. Carthag. VI. quod petierat, Pascha sibi in annum sequentem indicari. In eo rescripto, quod extat in Manuscripto Codice P. Sirmandi, cujus fragmentum refert Petavius lib. 2. de Doct. Temp. cap. 64. multa de Paschate disserit Cyrillus, & Patrum Africanorum petitioni ac dubiis satisfacit, non afferendo calculum astronomicum, sed rationem anni embolismi. *Cavendum est*, inquit, *ne faciamus Pascha anni embolismi in anno communi, & communis in embolismo.* His in fine subjicit: *Responsum est, ut opinor, omnibus, quibus interrogastis me, & omnia scripta authentica Nicana Synodi protuli.* En rursus computum cyclicum ex mente Concilii Nic. probatum! Qua igitur ratione dici potest, cyclos demum inventos esse propter ignorantiam Pastorum? Theophilus certè & Cyrillus, nec erant ignorantes in astronomicis, nec in iis, quæ acta fuerant in Conc. Nicæno, cujus Scripta Authentica penes se habebant; & tamen uterque cyclum composuit, & per computum cyclicum Pascha indicavit.

147. Id patet 6. ex pluribus, quæ afferri

ferri possunt, exemplis, nec ista decerpimus tantùm, ut nonnemo nobis objecit, ex cyclo Dionysii, in retroacta sæcula extenso; sed ex epistolis SS. Ambrosii, Theophili Alex. Leonis Papæ, ùt latè explicat & ostendit Guldinus noster lib. 3. quibus in fine sui operis addit unde-triginta Paschatum exempla ex epistolis paschalibus S. Cyrilli græcè scriptis, quarum manuscripta exemplaria Romæ asservantur, uti testantur Baronius & Sirmondus, ipsúmque codicem membranaceum inspexit Guldinus. Et hi Scriptores sunt omnes Dionysio Exig. antiquiores. Hæc autem exempla clarè ostendunt, terminum paschalem cyclicè determinatum fuisse per numerum aureum, non autem astronomicè per plenilunium verum, v. g. S. Cyrillus in prima sua heortastica anno 414. sic loquitur: *Incipientes S. Quadragesimam à 15. Mechir mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis à 20. Phamenoth mensis; solventes jejunia 25. ejusdem mensis, juxta consuetudinem: festum verò agentes illucescente Dominica 26. ejusdem Phamenoth mensis.* Dies iste Paschatis respondet 22. Martii, & rectè deducitur ex cyclo solari & lunari: nam eó anno numerus

merus aureus erat XVI. affixus in Calend. veteri diei 8. Martii; consequenter luna 14. cadebat in æquinoctium civile 21. Martii: cùm ergo currente cyclo solis 3. & litterâ Dom. D. dies sequens esset Dominica, in ea celebrandum Pascha indixit Cyrillus, quamvis tunc primùm contingeret Plenilunium verum: non ergo astronomicè, uti volunt, sed cyclicè festum Paschatis definitum est. Idem ostendimus n. 123. & 124. in alio exemplo, quod retulit D. Ambrosius. Sed supervacaneum est afferre plura, cùm omnia distinctè habeantur apud Guldinum. Id denique patet 7.° ex tot aliorum Scriptorum Auctoritate, quorum multos adduximus cap. 3. Hi omnes in eandem doctrinam conspirant, & continua quasi traditione praxim cyclicam nobis exhibent: quod alii pluribus docuerant, paucis complexus est Gregorius XIII. ùt dixi n. 70. Et quis eorum est, quorum mentem exploravit Gregorius, qui contradixerit Pontifici? controversum equidem est de modo emendandi Calendarii, sed suppositiones ex traditione Majorum, tantum abest, ut respuerint ex Christiani Orbis Nationibus Prima-

Primarii, ut potius illas assumpserint velut Cardines emendationis: agnoscentes utique cum Pontifice, revera hanc esse Paschatis celebrandi in Ecclesia consuetudinem.

148. Hæc adeò patentia sunt, ut illa satis agnoscant Adversarii, modò sincerè loquantur. Sic, etsi D. Franckenstein pag. 16. defendat calculum astronomicum, videtur tamen pag. 9. contrarium agnovisse in Alexandrinis, dum dicit: Ne autem Episcopi & Diaconi Alexandriæ existimarent, se solos posse cyclos construere, exsurrexerunt alii, qui idem facerent. Idipsum clariùs repetit pag. 25. Expressiùs loquitur Origanus Introduct. Ephemerid. Pact. 1. cap. 3. *Calendarium Ecclesiasticum ostendens aureos numeros per totum cyclum decennovenalem, quo & Ecclesia primùm à temporibus Concilii Nicani, & postea ex constitutione Dionysii Exigui, Abbatis Romani, ad hæc nostra tempora usque usa est.* Mæstlinus, postquam dixerat, ùt vid. n. 131. Julium Cæsarem, Imperatorem prudentissimum noluisse turbas movere ullis subtilitatibus astronomicis; addidit: nec Patres Concilii Nicæni de his subtilitatibus quicquam

mo-

monuisse. Et omnium novissimè D. Gaupp in sua explicatione Calendarii, quàm sincerè, tam clarè sic loquitur §. 9. *Ultro fatemur, calculum astronomicum ad festorum computum à Concilio Nicano electum non fuisse; id enim non permittebant illa tempora, quibus astronomia nec satis erat exculta, nec omnibus Ecclesiasticis nota; & interea requirebatur modus facilis, quo uti possent, ad diem paschatis inquirendum, illúmque in Ecclesia denunciandum, quia ex defectu typographia calendaria non poterant, utì nunc, divulgari.* Hæc ego fideliter ex germanico reddidi; utì autem ille per ista ingenuè fatetur, quod hactenus intendimus, sic & mihi addenda sunt, quæ in rem suam subnectit eodem §. & sequentibus.

149. Sic igitur discurrit ille: Etsi Patres Conc. Nic. non elegerint calculum astronomicum, nullatenus tamen voluerunt aut potuerunt Posteritati præscribere, quid futuris temporibus statui oporteret, nec est ulla Auctoritas humana, quæ luminarium motui possit modum aut limites ponere: unde frustra allegantur limites noviluniorum primi mensis, quasi ex ordinatione Concilii intra 29. dies conti-

nerentur. Penes illos igitur, quibus Calendarii cura incumbit, ſemper eſt poteſtas eligendi medium & modum, quem ad feſtorum celebrationem judicaverint optimum. Sic Gregorius XIII. liberam ſibi facultatem arrogavit ſubſtituendi cyclum novum locò alterius, quem Concilium præſcripſerat, non prævidens, futuris ſæculis à cœlo tantopere aberraturum. Cur igitur Evangelicis vitio vertatur, ſi neglecto calculo cyclico aſtronomicum elegerint? præſertim cùm perfectior nunc ſit aſtronomia, & calculus iſte non ampliùs adeò rarus; nec Eccleſiaſticis opus ſit feſta ſupputare, cùm ea quotannis per Calendaria publica omnibus exhibeantur: nil ergo impedit, quò minùs regulam adhibeant aſtronomicam, omnium accuratiſſimam. Ita ille: tum novam Calendarii hujus formam pluribus explicat ac defendit, de quibus poſtea; nunc de prædictis.

§. 3.

Calculus astronomicus ad Calendarium non adhibendus.

150. HIc multa commiscentur, quæ singillatim expendenda sunt. Imprimis facilè concesserim, Patres Nicænos non voluisse talem Paschatis computum præscribere, qui ampliùs immutari nulla ratione posset; in iis enim, quæ sunt disciplinæ, potest Ecclesia aliud statuere, si interveniat causa, quæ illud exigat. Et potuit Gregorius pro sua Auctoritate, quam habebat in Ecclesia, cyclum meliorem substituere; neque per hoc egit contra mentem Patrum: quod enim optaverant isti, perfecit ille, cùm optaverint computum civilem accuratum, quem per suos cyclos, quos non prævidebant futuris sæculis tantopere aberraturos, non obtinuerant. In iis autem, quæ post accuratum examen sapienter & studiosè à Patribus statuta sunt, nihil immutavit Pontifex Maximus, sed amplexus est, veluti sacrosancta venerandæ Antiquitatis monumenta, & immotos Calendarii sui cardi-

nes. Neque suberat causa quidquam immutandi; per hoc enim, quòd Patres Nicæni noviluniorum paschalium limites intra 29. dies concluserint, non intenderunt illi modum ponere motui lunæ, cùm probè scirent mensem lunarem ampliùs quid exigere, & propterea menses facerent alternatim plenos & cavos: quia tamen in Calendario politico numeramus dies solidos, non dimidiatos, prudenter elegerunt illi mensem cavum, qui se se primo tempore verno offerebat in Calendario, uti explicatum est n. 64.

151. An autem ii, qui sequuntur Confessionem Augustanam, vel aliam similem, possint pro libitu paschales regulas statuere, hìc non disputo: hoc scio, Concilium Nicænum, Patres & Majores nostros in eam conspirâsse sententiam, ut omnes per orbem Christiani concorditer Pascha celebrent; utrùm hoc obtineatur, si quævis Ecclesia vel communitas privata proprias sibi statuat regulas, judicent alii. Et cur postremis hisce sæculis per calculum astronomicum recedamus ab antiqua Ecclesiæ consuetudine, quam Majores nostri sapienter invexerunt, confirmarunt tot Concilia,

cilia, tot SS. Patres tenuerunt, & retinendam prædicarunt? cur ad usus civiles & Ecclesiasticos in quibusdam computum cyclicum, in aliis adhibeamus astronomicum, & in eodem Calendario politico utrumque confundamus? Hebræi, Græci, Latini, Ægyptii, Arabes, Persæ & aliæ Nationes excultæ, in suis Calendariis Manualibus, in exhibendis festis, mensium, lunationum, hebdomadarum initiis, sapienter utuntur, aut usæ sunt computo civili cyclico; & peccatum sit, si idem faciamus? Quàm prudenter & solidè in Calendario nostro concinnata sint omnia, abundè hactenus ostensum est, unde non est, quod in re vel modo carpant alii, aut cur nos à recepta consuetudine vel latum unguem discedamus.

152. Verùm esto, pro jure nostro ut possimus, & rectè utamur computo civili, utì nobis concedit D. Gaupp §. 29. calculus tamen astronomicus videtur omnino præferendus, utpote qui omnium est accuratissimus, atque adeò convenientissimus. Hanc ego propositionem, utì lubens ipsis permitto, si loquantur de Ecclesia particulari; sic absolutè nego, si

sermo sit de Ecclesia per totum orbem diffusa: cùm enim calculus astron. respiciat locum & tempus determinatum, non potest in celebratione festorum convenire communitati, quæ regulas petit æqualiter applicabiles, & omnibus communes, non uni duntaxat parti proprios. Deinde accuratio illa, quam tantopere prædicant, non est nisi respectu eorum, qui sub uno jacent meridiano: respectu aliorum, aut accuratio non est, aut mera confusio. Vel enim quilibet supputat æquinoctium & plenilunium vernum respectu sui meridiani, vel omnes supputant respectu meridiani unius determinati? Si primum, quod est naturale, tunc termini paschales incident in dies diversos, & Pascha concorditer per orbem sæpius celebrari non poterit. Si alterum, etsi accuratio habeatur respectu illius meridiani, tantò magis tamen deficiet respectu alorum, quantò magis illi distant ab hoc meridiano. Nec juvat explicatio D. Gaupp §. 10 ubi primum modum omnino rejicit, veluti confusionis plenum; alterum autem sic explicat: vult nempe, ut omnes per orbem attendant, quo die plenilunium verum

acci-

accidat respectu meridiani Uranoburgici secundùm tabulas Rudolphinas: & hunc diem omnes assumant pro termino paschali, & Pascha celebrent die Dominica seq. prout in eorum Calendariis notabitur. v. g. quia anno 1724. plenilunium verum accidit Uranoburgi sub vesperam diei Sabbati 8. Apr. vult, ut omnes hoc Sabbatum & diem 8. Aprilis assumant pro termino paschali, & die 9. pascha celebrent, sive illi citiùs, sive seriùs suos dies inchoent.

153. At, si ita est, cadit respectu istorum accuratio illa astronomica tantopere prædicata: cùm enim in hac sententia terminus Paschalis sit plenilunium verum, quomodo poterunt illi assumere diem Sabbati pro termino paschali, cùm tamen respectu ipsorum eo die non contingat plenilunium? Quomodo celebrabunt Pascha die sequenti, quin eorum aliqui celebrent in ipso termino paschali, quo scilicet die ipsis revera contingit plenilunium. Hæc in sensu reali verissima sunt, nec patiuntur explicationem in rigore astronomico, cùm tam certum sit, plenilunium alicubi contingere die Dominico, quàm certum sit alibi contingere die Sabbati.

Unde prætenſa hæc accuratio generatim loquendo commentitia eſt, adeóque, ſi ſermo ſit de Eccleſia univerſali, ad finem, quem intendunt, inepta, cùm non omnes hanc aſſequantur, & non pauci per illam in prætenſo rigore terminum paſchalem malè definiant. Hoc agnovit Schulenburgius pag. 145. ubi oſtendit, Chriſtianos Sinenſes & Europæos per calculum aſtronomicum ſæpiùs & neceſſariò inter ſe toto octiduo diſcrepare in celebrando Paſchate. Quòd ſi ſuas regulas mitiori quadam interpretatione morali temperent, jam recedunt à ſuo rigore aſtronomico, nec ſupereſt ratio, cur computum civilem rejiciant: imò hic longè convenientior eſt, quia omnibus communis. Cur enim aliqui feſta ſua celebrent aſtronomicè, non item alii? cur tot & tam diverſæ Nationes per orbem attendant unicè ad tabulas Rudolphinas & meridianum Uranoburgicum? cur omnes reliqui debeant jure ſui meridiani excidere, cùm tamen Auctor naturæ cuilibet meridianum conceſſerit ad definiendum diem ſibi proprium?

194. Eccleſia certè jam dudum agnovit calculum aſtronomicum, & pridem ſtatuiſſet,

tuisset, si judicâsset convenientiorem: quia tamen communis omnium fidelium Mater est, communes omnibus tradidit regulas, quas nempe omnes possint æqualiter observare, & per eas festa concorditer & ritè celebrare. Et revera omnes festum Paschatis, uti & festa reliqua, eodem die politico qui in Calendario civili & Ecclesiastico notatur, summa cum pace celebrant, & quidem post verum terminum Paschalem, seu diem politicum in eodem Calendario notatum. Et quid ad rem faciunt Calendaria, quæ post inventam typographiam quotannis imprimuntur? quasi verò vel possent illa in remotissimas Barbarorum terras, ubi viri Apostolici aliíque Christiani degunt, semper penetrare, aut conveniret, ut Ecclesiastici ab ejusmodi Calendariographis discerent festorum observationem, ac quotannis perciperent. Nos Calendarium habemus in nostris Officiorum Ecclesiasticorum libris universale ac perpetuum, Auctoritate Ecclesiæ approbatum, & secundùm istud omnes per orbem concorditer & rectè festa celebramus. Sed quid diutiùs immoramur huic quæstioni? Nodum hunc Gordium jam solvit D. Franckenstein

pag. 23, ubi ſic loquitur: *Orientales & Antipodes nihil ad nos in hac difficultate; quando apud illos dies eſt, poterunt illi ſuum Paſcha celebrare; nos agemus noſtrum, quando apud nos dies erit. Jam non quæritur, quomodo Paſcha in Oriente vel toto orbe agendum ſit, ſed qua ratione agendum ſit in Imperio Romano ex libertate Chriſtiana.* Præclara ſcilicet libertas!

CAP. III.

Expenduntur rationes deſumptæ ex calculo Judaico.

155. CYclum Gregorianum magnis clamoribus impugnant denique ex eo, quod per illum, uti ajunt, ſæpiùs Paſcha celebremus cum Judæis, uti factum eſt Anno 1622. &c. qua in re non tantum agimus contra Concilium Nicænum, ſed etiam contra alios Canones primitivæ Eccleſiæ, qui illud ſeveriſſimè prohibebant. Extat enim Canon antiquiſſimus B. Clementis, deſumptus, ùt videtur, ex Canonibus Apoſtol. qui ita ſonat: *Si quis Presbyter aut Diaconus auſus fuerit Feſtivitatem Paſchalem celebrare ante æquinoctium, aut cum Judæis, deponatur.* Ita poſt Calviſium nuper D. Franckenſtein

ckenstein pag. 22. Mirum est, quod ejusmodi Canones toties repetant, & tantam in iis vim reponant, cùm tamen ipsimet non observent, quod jam olim exprobratum fuit Calvisio. Canon alius ejusdem ordinis sexagesimus octavus sic habet: *Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Hypodiaconus, aut Lector, aut Cantor sanctam Quadragesimam non jejunat, aut sextam Feriam, aut quartam, deponatur, nisi imbecillitas corporis obstet: sin verò Laicus sit, segregetur.* Hujus Canonis & jejunii quadragesimalis expresse meminit S. Clemens lib. 5. Constitutionum Apostolicarum cap. 12. Cur hunc Canonem priori non adjiciunt? Jam videamus, quomodo ipsi nitantur evincere contrarium.

§. I.

An Plenilunium verum sit terminus Paschalis? aut Luna 14. semper sit Plenilunium?

153. SIc igitur contra nos disputant illi: Terminus Paschalis est plenilunium verum, quo nempe tempore olim ex lege divina, & nunc Judæi Pascha suum celebrant:

lebrant: Terminus autem Paſchalis Gregorianus non ſemper incidit in plenilunium, ſed ſæpiùs illud præcedit; quare ſi tunc immediatè ſequatur dies Dominicus, in illo Paſcha celebramus cum Judæis in plenilunio, quod jam aliquoties factum eſt, & fiet ſæpiùs. Aſſumptionem concedimus, ſed ut ritè concludatur, probanda eſt propoſitio prima. Qua ratione id efficiunt illi? Ut video, diverſas ingrediuntur vias, & quidem oppoſitas; ubi nempe à via regia deflectimus, variis ſæpè modis deviamus. Aliqui dicunt, plenilunium eſſe terminum Paſchalem, quia Judæi Paſcha ſuum celebrant 15 die menſis Niſan: alii equidem admittunt Lunam 14. pro termino Paſchali, ſed contendunt, plenilunium in hanc incidere neceſſariò. Deinde variant in modo determinandi Paſchatis Judaici: aliqui attendunt ad methodum cyclicam, quæ hodie Judæis in uſu eſt; alii ad aſtronomicam, quam ſolam dicunt veram, quia ſecundùm inſtitutionem divinam: plures calculum miſcent utrumque, & varias adhibent regulas, & poſt ſtatuta noviſſima Paſcha Judaicum ſollicitè inquiratur, & modis omnibus evitetur. Expendamus jam ſingula.

157. Ple-

157. Plerique probant terminum Paschalem esse plenilunium, quia Pascha Judæorum celebrari volunt 15. die mensis Nisan: omnes autem Scaligero teste sciunt quintam decimam Judæorum esse plenilunium; en igitur terminum Paschalem Christianorum, in quo nunquam licet Pascha celebrare cum Judæis. Hunc diem 15. primi mensis, ut Scriptores omittam antiquiores, statuit Schulenburgius pag. 71. Gauppius pag. 12. Franckenstein pag. 17. Imò miratur pag. 7. Victorem Pontificem cum Ecclesia Occidentali tantopere invectum fuisse in orientales illos, qui Pascha celebrabant Lunâ 14. cùm tamen longè magis errarent illi, qui Pascha celebrant Lunâ 15. nam juxta ipsum hæc est vera dies Paschatis Judæorum, prior autem est duntaxat dies præparationis; unde distinguit inter diem Paschatis Judæorum, & Quartadecimanorum, duplicémque statuit canonem: primum, ne unquam Pascha celebretur cum Judæis in plenilunio: alterum ne celebretur cum Quartadecimanis ante plenilunium. Plus nempe vult sapere, quàm antiquitas veneranda, quæ nusquam meminit hujus discriminis, sed potiùs suppo-

ponit.

ponit, & enuntiat, quartadecimanos egisse Pascha cum Judæis. Id jam ostendimus cap. 3. §. 3. & 4. clarissimis testimoniis S. Hieronymi, Epiphanii, Tertulliani, Athanasii, Nicephori, ipsiusque Concilii Nicæni, quod nullatenus Lunam 15. sed solam 14. excludit, qua die fratres, orientem incolentes, *Judæorum consuetudinem* imitati faciebant Pascha, ùt vidimus n. 60. Et ùt ait Constantinus in epist. ad Jul. *Indignum planè videbatur, ut sacratissimum istud festum Judæorum ritum & consuetudinem imitati ageremus, qui quidem, quoniam suas manus detestabili scelere polluerunt &c.* Ex quibus patet ad oculum, Quartadecimanos & Judæos eodem die Pascha celebrasse, quod agnovit & asseruit ipse D. Gaupp in suo canone 4. ubi ex Regulis Concilii Nicæni statuit, ne unquam Pascha celebretur cum Quartadecimanis: tum addit: *Hi autem Quartadecimani agebant Pascha cum Judæis.*

158. Si autem Judæi & Quartadecimani eodem die Pascha faciebant, sequitur profectò Judæos Pascha celebrasse die 14. non 15. primi mensis: utì post Eusebium lib. 5. c. 22. rectè scribit D. Schulenburg p. 145.

Ecclesiæ

Ecclesiæ Asiaticæ Pascha semper celebrarunt 14. die mensis Nisan, quo die Judæi agnum paschalem immolare debebant, & inde, utì notum est, dicti sunt Quartadecimani. Habemus ergo ex ipsa adversariorum confessione, Pascha Judæorum peragi 14. die primi mensis, quidquid dein afferant in contrarium sibi ipsis contradicentes. Et quis aliud sentiat, aut loquatur? cùm Scriptura sacra diem 14. distinguat à 15. & priori attribuit Pascha, posteriori verò solemnitatem azymorum, ùt vidimus n. 37. & 38. Hinc Scaliger ipse in Hebræorum, quod exhibet, Calendario diei 14. mensis Nisan adscripsit: *Pascha, Exterminatio fermenti:* ad diem verò 15. *Azyma.* Id ipsum suppoluit D. Doppelmayr, dum scripsit, Deum in veteri lege Judæis præcepisse, ut semper 14. die mensis Nisan Pascha celebrarent. Et revera illo die agnum Paschalem immolabant: non erat igitur dies præparationis ad Pascha, nam iste jam præcesserat die 10. quâ unusquisque per familias jubebatur agnum tollere, & servare usque in diem 14. quâ immolandus erat, & per hanc immolationem agebant illo die Pascha, etsi quoque fermentum tollerent,

&

& pararent azymos panes pro 7. diebus sequentibus, qui addebantur ad celebriorem accepti beneficii memoriam. Unde Joseph. Jud. lib. 2. cap. 10. *Diem Paschatis excipit festivitas azymorum.* Et Polycrates apud Eusebium lib. 5. cap. 23. ad firmandam Quartadecimanorum consuetudinem affert exemplum suorum Majorum, qui semper diem Paschatis celebrarunt, quo die *populo Judaico in more positum est panes azymos apparare, & fermentum auferre.* Quia nempe hæc præparatio non impediebat, quin dies ille per immolationem agni Paschalis esset propriè dies Paschatis Judæorum.

159. Hinc Concilium Nicænum diem illum 14. exclusit, non autem 13. & reliquos dies azymorum; etsi enim dies 15. solemnitas Judæorum Paschalis quandoque nuncupetur; Pascha tamen hìc sumitur in sensu latiore, sumpta denominatione ab immolatione agni paschalis præcedente, quo in sensu convenit etiam reliquis azymorum diebus, ad majorem solemnitatem adjectis, uti colligitur ex verbis S. Lucæ Act. 12. *Erant dies azymorum. Quem cùm apprehendisset, misit in carcerem, volens post Pascha producere populo.* Dies autem azymorum

morum Christianis pro suo Paschate nunquam interdixit Ecclesia, sed potiùs juxta illos dies, à 15. usque in 21. celebrari voluit, uti diximus n. 62. & alibi. Et cur potiùs primum diem interdixisset, quàm reliquos? Fortè quia dictum erat Judæis: *Dies prima erit sancta atque solemnis. At dies septima eadem festivitate venerabilis.* Exodi 12. Mirum est, istos velle rem meliùs intelligere, atque aliter interpretari, ac fecerint Concilia & SS. Patres, qui pro termino paschali concorditer statuerunt diem 14. primi mensis, & dein tertia hebdomade Pascha celebrari voluerunt à die 15. usque in 21. inclusivè. Et hoc ipsum debent illi in suis principiis admittere, nisi denuò sibi contradicere velint. Nam Gauppius & Franchenstein volunt cap. 5. ut Pascha nunquam in ultimam hebdomadam ultra diem 21. rejiciatur. Quod jam olim asseruerat Calvisius lib. 1. Elen. cap. 4. ubi inter regulas, quas primitiva Ecclesia præscripsit, hanc ordine quintam retulit: *Ne Pascha in ultimam mensis lunaris hebdomadam rejiciatur, in Dominicam scilicet, quæ vicesimum primum diem mensis lunaris sequitur.* At verò, si terminus paschalis est dies mensis 15. tunc Pa-

ſcha non poterit ſemper celebrari hebdomade tertia, ſed in quartam & ultimam rejicietur ultra diem 21. quotiescunque dies 15. ſeu primus hebdomadis tertiæ fuerit Dominicus, quod eſt directè contra proprias eorum, & SS. Patrum Regulas.

180. Pergamus ergo ad illorum opinionem, qui admittunt equidem pro termino paſchali Lunam 14., contendunt autem, hanc ſemper eſſe plenilunium. Calviſius, etſi non ſemper ſibi conſtet, videtur fuiſſe in ea opinione cap. 17. ubi dicit: *Judæi Paſcha celebrant decima quarta Luna ſemper in plenilunio.* Eandem opinionem tenent alii, ùt in ipſorum foliis legi. Ratio illorum eſt, quòd Hebræi dies menſis non computent à luminarium conjunctione, ſed à Phaſi, ita ut novilunium idem ſit ac Luna poſt conjunctionem nova iterum viſa; id patet ex Ceremoniis à Synedrio Magno præſcriptis: erant enim ſpeculatores conſtituti, qui naſcentem Lunam obſervarent, quâ conſpectâ ſtatim referebant ad Synedrium, à quo probati diligenter & excuſſi, ſi conſtanter à ſe viſam dicerent, tum conſeſſus pronunciabat: *Sanctificata eſt.* Mittebant deinde quaquaverſum nuncios, qui neomeniam

indi-

indictam significarent. Ex quibus conficitur, idem esse Lunam 14. ac plenilunium: cùm ergò Judæi Pascha facerent Lunâ 14. id faciebant in plenilunio: Noluit autem Concilium Nicænum, ut eodem die Pascha celebrarent Christiani, sed statuit eam diem pro termino paschali; atque adeò plenilunium est verus terminus Paschalis, in quo nunquam licet Pascha celebrare Christianis. Id confirmant ab Auctoritate: sunt enim Scriptores tum Judæi, ùt Philo, Aristobulus, tum Christiani, ùt Theophilus Cyrillus, Beda, Victorinus, quibus Luna 14. seu terminus paschalis idem est, ac plenilunium. Hæc opinio, utut meliori fundamento niti videatur, quàm opinio prior, minimè tamen probat intentum, scilicet plenilunium verum esse semper ac necessariò terminum paschalem.

161. Imprimis non ita certum est, utrum tempore Synedrii menses suos inchoarint Judæi, à Phasi, an verò ex prima phasi neomeniam æstimârint: habebant enim aliunde determinatas motuum lunarium regulas, quibus menses suos definiebant, utì & mensium intercalationes in annis embolismæis. Hinc aliam vocabant Lunam, *quæ conspicua*

est tempore suo; aliam, *quæ conspicitur in nocte intercalationis suæ.* Quod si testes non adessent tempore suo, statuebant Illi ex suis regulis neomeniam, alicubi etiam biduo celebrabant, quòd incerti essent, utro die constituta foret. Sed esto semper inchoarint à prima phasi visa, quoties observari poterat, non inde sequitur plenilunium verum semper incidisse in diem 15. si enim luminarium conjunctio contingat ante meridiem, eodem die conspici poterit prima phasis; si circa vel post meridiem non conspicietur nisi die sequenti sub vesperum: poterit igitur esse differentia 24. aut plurium horarum in neomeniæ constitutione: unde neque plenilunium eidem semper adhærebit diei. Sileo, quòd intervallum inter conjunctionem & oppositionem astronomicè loquendo non semper sit æquale. Quare ex his suppositionibus aliud non sequitur, nisi quòd plenilunium possit incidere in diem 14. non autem quòd incidat necessariò: nam dierum numeratio non dependet à plenilunio, sed à neomenia.

162. Deinde Synedrium illud longè post tempora Moysis suam habuit origi-

nem

nem, nec postea duravit perpetuò; unde præscriptæ hujusmodi ceremoniæ non fuerunt semper & universaliter à Judæis receptæ. Certè hodierni Judæi phasin non observant, sed neomeniam determinant per computum specialem cyclicum, vi cujus plenilunium plerumque incidit in diem 15. mensis. Et tamen teste D. Gaupp p. 13. voluerunt Protestantium ordines, ut in determinando Paschate priùs consulatur hoc neotericum Judæorum Calendarium. Imò D. Franckenstein asserit pag. 18. hoc Calendarium Judaicum debere esse Judicem & regulam in hac controversia, unde ceremoniæ magni illius Synedrii nil ampliùs faciunt ad rem. Scio, hunc Auctorem cum aliis statuere Pascha Judæorum die 15. Sed per hoc incidit in sententiam superiùs refutatam, eidémque contradicunt Protestantes alii, qui stant pro Luna 14. Qua in re quidam Magni inter illos nominis (D. Freyherus in suis Manuscriptis) ita loquitur: *Ante omnia sciendum, Judæorum Pascha, quod & Quartadecimanorum erat, non ex hodierno ritu æstimandum esse, sed ex institutione divina, quæ Exod. 12. Lev. 23. Num. 9. & 28. reperitur, ubi expressè statui-*

tur; decimam quartam mensis Nisan esse Pascha; decimam quintam verò festum Azymorum, quod imprimis Levit. 23. distinguitur v. 5. & 6. A qua sanctione Judæi hodierni ita differunt, ut ipsos Azimorum dies Pascha dicant, quod nominis saltem diei 14. Nisan debebatur. Et in hoc benè scripsit, decimam quartam mensis Nisan esse Pascha Judæorum ex institutione divina; quæ autem subnectit pro plenilunio, nullum fundamentum habent in sacris litteris, quæ duntaxat populariter diem 14. mensis assignant, uti dixi n. 140. Quod si attendat ad arbitrarias Judæorum regulas, mihi indubitatum est, illas fuisse variis temporibus varias, uti constat ex modò dictis, & ex Auctoribus, qui ejusmodi materiam pertractârunt. In hoc autem video convenisse Judæos, quòd dies mensis in suo Calendario numerârint à neomenia; sive autem hanc definierint ex luminarium conjunctione, sive à prima phasi conspecta, sive ex aliqua periodo aut computo cyclico, sive ex translatione propter dies rejiculas, nunquam fiet in Calendario politico, ut dies 14. mensis semper & necessariò coincidat cum plenilunio vero. Qualem com-

putandi rationem habuerint Judæi tempore Concilii Nicæni, planè incertum est: hoc scimus ex Epist. Constantini M. quòd Judæis errores exprobret Imperator; non autem constat ex actis Concilii, quòd excludendo Lunam 14. excluserit plenilunium, sed potiùs colligitur oppositum ex dictis capite præcedente.

163. Ut jam veniamus ad Auctores, qui hac de re scripserunt, observandum imprimis est, Regulas paschales non desumendas esse à particulari Auctoris privati opinione qualis enim difficultatum labyrinthus in solis Protestantium libris, qui hoc & priore sæculo de Paschate scripserunt? sed desumendæ sunt ex Scriptura sacra, & SS. Canonibus; hi autem nec meminerunt plenilunii, nec ullius subtilitatis astronomicæ, nec aliud sonant, nisi populare, assignando dies mensis. Et hunc loquendi modum tenent SS. Patres, qui nobis Scripturam & Canones proponunt, aut interpretantur. Audiamus tamen, quid de plenilunio & Luna 14. dicant Auctores alii. Stefflerus prop. 35. sic habet: *Nullæ orbis Nationes, Latina, Græca, Hebræa, Barbara asserunt Lunam 14. significare plenilunium, aut oppositio-*

 nem

nem luminarium: sed quintam decimam accipiunt pro plenilunio aut oppositione. Albertus Pighius in lib. de ratione celebrandi Paschatis dicit, quòd luminarium oppositio admodùm rarò incidat in Lunam 14. & rariùs quàm in decimam sextam. Id etiam denique agnoscit Scaliger lib. 4. de Emend. temp. ubi sic loquitur: *Quintadecima Judæorum est plenilunium, ut omnes sciunt.* Unde etiam dicit: *Et quamvis Pascha rectè obeatur plenilunio proximè post æquinoctium.* Libro autem 7. sic ait: *Quartadecima Luna propriè ea est, quæ proximè antecedit plenilunium, hoc est, Parasceve Azymorum.*

164. Audiamus etiam Antiquiores. Joseph. Jud. utì videre est in hist. Acad. Paris. ad annum 1701. Refert aliquot festa; certis lunæ diebus à lege præscriptis, quo vivebat tempore, Hierosolymis celebrata, qui dies per tabulas astronomicas examinati palàm faciunt, conjunctionem ipsam fuisse Josepho primum diem mensis; quod aliis quoque usitatum erat primis Ecclesiæ Sæculis, unde Plinius scripsit, Eclipses Solis fieri primo die Lunæ, *Lunâ novissimâ & primâ.* Philo Judæus, quem nobis opponunt, non dicit, Pascha celebrari Lunâ 14. in plenilunio,

nilunio, ſed, cùm lunaris orbis futurus eſt plenus ſeu ad plenilunium colluſtrandus: μέλλοντες τȣ̃ σεληνιακȣ̃ κύκλȣ γίνεϑαι πλησιφαȣ̃ς. Ariſtobulus equidem dicit, die 14. poſt veſperam, Lunam eſſe ſoli diametraliter oppoſitam, ſed ſimul addit in ſegmento æquinoctiali, ex quo patet, eum figuratè potiùs, quàm in rigore locutum fuiſſe, cùm vix unquam contingat, ut hæc oppoſitio fiat in ſegmentis æquinoctialibus: deinde addendo poſt veſperam, videtur loqui de Luna 14. completa, inſtante jam aut inchoatâ Lunâ 15. Nec aliud evincitur ex Theophilo & Cyrillo, dum ait: *Ita Lunam 14. vult videri in Cælo, Theophilus, ut pleno orbis circulo eodem momento oriatur, quo occidit Sol; eadémque nocte transacta, Luna occidente Sol oriatur.* Luna utique non opponitur aſtronomicè Soli in ortu & occaſu: unde plenilunium hîc ſumitur latiùs, & æqualiter ad utramque diem nempe 14. & 15. refertur. Deinde conſtat ex dictis n. 146. & 147. Theophilum & Cyrillum determinaſſe Lunas 14. cyclicè, plerumque ante plenilunium numerando ſcilicet dies à Neomenia per aureum num. fixa, quam non refigebant

propter plenilunia. Quòd autem poſtea temporibus Dionyſii aut Bedæ, Lunæ 14. Nicænæ concurrerent ferè cum pleniluniis, id factum eſt propter noviluniorum anticipationem, à Patribus Nicænis non prævisam : inde eſt, quòd eo tempore Scriptores aliqui confunderent Lunas 14. cum pleniluniis. Ex hoc autem tam parum probatur, Lunam 14. neceſſariò concurrere cum plenilunio, quàm parum probatur Lunam 14. ſequi debere plenilunium ex eo, quòd poſterioribus ſæculis idem Calendarium Lunas 14. exhibuerit poſt plenilunia. Certè Dionyſius & Beda non potuerunt loqui, niſi de Lunâ cyclica, cùm ipſimet cyclos compoſuerint, & quidem ex inſtitutione Nicæna, ut Beda loquitur. Idem fecit Victorinus, etſi limites paſchales paulò aliter definierit, ac propterea meritò reprehendatur à Beda cap. 49. de rat. temp. Quod agnovit Scaliger lib. 2. ubi ait: *Porrò multa ſunt in verbis Victorini, quæ meritò reprehendas, ſi ad examen conferantur.*

165. Hæc omnia, ſi colligantur, probant potiùs Lunam 15. eſſe plenilunium, quàm 14. aut ſi mavis, probant Lunam

14.

14. Nunquam multùm abesse à plenilunio, & etiam posse quandoque concurrere cum plenilunio, quamvis non semper & necessariò. Nam, uti cum aliis notarunt Parisienses astronomi ad ann. 1704. fieri potest, ut plenilunium astronomicum contingat 14. vel 15. aut 16. die mensis lunaris Ecclesiastici, & hoc asserunt esse consentaneum praxi & constitutionibus Nicænis. Idem ferè scripserant ad ann. 1701. adducentes S. Augustinum idipsum sentientem. Quare, dum Scriptores aliqui videntur confundere Lunam 14. cum plenilunio, id faciunt, vel quia plenilunium quandoque revera incurrit in Lunam 14. utì plerumque fiebat temporibus Bedæ, & etiamnum contingit sæpiùs; vel quia loquuntur de Luna 14. completa, inchoatâ jam Lunâ 15. utì Philo Aristobulus & alii, sícque rem cum aliis interpretantur Stefftlerus,& Francolinus, iísque consentit D. Doppelmayr, dum ait, Lunam 14. proximè tendere ad plenilunium; vel denique satiùs sumunt plenilunium pro toto tempore, quo Luna nobis apparet quasi plena, utì fecisse videntur Theophilus & Cyrillus: atque ita exponunt Parisienses

siensses Astronomi ad annun 1701. ubi notant, nullam Lunæ phasin adeò lentè mutari ac plenilunium. Neque istæ expositiones sunt arbitrariæ, cùm suum habeant fundamentum, uti patet ex dictis. Certè D. Schulenburg pag. 164. & 168. asserit, Christum resurrexisse à mortuis, dum Luna pleno fulgebat lumine: vel ergo latiùs sumit plenilunium, vel supponit, Pascha Judæorum fuisse ante plenilunium.

§. 2.

Quinam incurrant periculum celebrandi Pascha cum Judæis.

166. SEd neque Plenilunium videtur Protestantibus semper esse terminus paschalis verus: volunt enim post novissima statuta, ut insuper attendatur ad Pascha Judaicum, tam cyclicum, prout in eorum Calendariis hodie notatur, quàm astronomicum, prout ipsis ex primæva institutione supputandum esset. Unde si contingat plenilunium cadere in Sabbatum: Pascha verò Judæorum notetur in eorum

Ca-

Calendario die Dominico seq. nolunt eo die pascha celebrari: rursus, uti D. Gaupp scribit §: 28. si plenilunium cadat in Sabbatum post 6. vespertinam, quo tempore Judæi festos dies inchoant, nolunt die Dom. seq. Pascha celebrari, sed differendum volunt in alteram Dominicam sequentem, uti dictum est num. 138. Qua in re multis se difficultatibus implicant. Imprimis enim, dum vacillant in termino paschali, agunt contra canones & antiquum Ecclesiæ morem, quæ unum agnovit & statuit terminum paschalem, nempe Lunam 14. & hanc excludendo existimavit, se sufficienter exclusisse Pascha Judæorum: si verò unum agnoscant terminum paschalem verum, nempe plenilunium: tunc rejiciendo Pascha in alteram Dominicam sequentem, illud celebrant Luna 22. vel 23. hebdomade 4. contra Canones, qui volunt, ut celebretur hebdomade 3. nec ultra diem 21. rejiciatur, ùt dictum est sæpiùs, & ipsimet agnoscunt, ùt patet ex num. 159. Deinde in ipso calculo judaico, tam cyclico, propter tekuphas, dies rejiculas Adu & Badu &c. quàm astronomico propter meridianorum differentiam, & hujus calculi

interdum

interdum à priore discrepantiam, tali se intricant labyrintho, ut non ampliùs sese facilè extricare valeant. Id satis agnovit Schulenburgius à pag 136. & 162. ubi plures ejusmodi difficultates proponit, nec tamen solvit

167. Unum proponamus exemplum in Paschate anni 1724. quod sibimet objicit Schulenburgius, & nuper fuit nova dissidiorum occasio. Plenilunium astron. illo anno contigit 8. Aprilis die Sabbati post meridiem, nempe horâ 6. vespertina 49. min. Secundùm meridianum Hierosolymitanum, utì notat Schulenburg pag. 137. & hic est ipso fatente verus Judæorum meridianus, ad quem Judæorum Pascha examinari debet; igitur juxta Gauppianam & aliorum regulam superiùs positam, cùm plenilunium illud contigerit Judæis post 6. vespertinam, jam spectat ad diem 9. Aprilis, & hoc esse extra controversiam concedit Schulenburgius, atque adeò dies hæc 9. fuit Pascha Judæorum; sic enim ait D. Gaupp pag. 21. *Si plenilunium astron. cadat in Sabbatum post horam 6. vesp. tunc proxima statim dies Dominica est vera dies Paschatis Judæorum.* Atqui pars aliqua Protestan-

testantium; qui secuti sunt nova statuta Ratisbonensia, celebravit Pascha die 9. April. ergo celebravit cum Judæis. Neque hìc ad rem facit meridianus Uranoburgicus; cùm enim Protestantes omni modo vitare intendant Pascha Judaicum, Pascha sumi debet prout computatur à Judæis; Judæi autem non attendunt ad meridianum Uranoburgicum, sed ad Hierosolymitanum, utì scribit Schulenburgius & alii: ergo verum Pascha Judæorum ipsis examinandum est ad hunc meridianum.

168. Ut solvant hunc nodum, quem sibimet per suas regulas intexunt, variis se torquent modis. D. Gaupp §. 24. ut ostendat, Protestantes non celebrâsse Pascha cum Judæis anno 1724. recurrit ad computum Judæorum cyclicum, & Calendarium eorum politicum in quo Pascha notabatur eo anno die Sabbathi, 8. Aprilis; igitur die Dom. seq. non celebrarunt cum Judæis. At in hoc D. Gaupp pugnat contra seipsum, & contra Regulam 3. quam statuerat §. 20. Hæc est illius Regula: si dies paschalis Judæorum cyclicus cadat in Sabbatum: verus autem dies in Domicam; tunc cyclica Judæorum paschatis dies non

curatur,

curatur, quia præcedit veram Paſchatis diem à Deo Judæis præſcriptam: vera autem Paſchatis dies à Deo Judæis præſcripta, utì explicat §. 18. eſt illa, in quam incidit primum plenilunium vernum: cùm igitur iſtud incidat in diem 9 Aprilis utì ex propriis ipſorum regulis ſuperiùs oſtenſum eſt, hæc erit vera dies Paſchatis Judæorum, in qua ipſimet Paſcha celebrârunt. D. Schulenburg, ut difficultatem ſolvat, pag. 165. diſtinguit in tali concurſu diem naturalem, & diem Eccleſiaſticum: nempe Judæi Paſcha tali die celebrant, quia plenilunium incidit in illam diem: Chriſtiani verò attendunt ad cyclum Literarum Dominicalium à Conſtantino M. commendatum, & tali die Paſcha celebrant propter diem Dominicum, quâ Chriſtus reſurrexit à mortuis. Tum rem ulteriùs explicat paritate Weigelii: Etſi, ait, in ſphæra recta primus verticalis & æquator coincidant, nihilominùs tamen adhuc diſtinguuntur, quia nempe alter concipitur mobilis, alter immobilis. Subtilis ſanè diſtinctio, quæ mentis aciem primorum Patrum effugit! Per hanc diſtinctionem potuiſſent illi Paſcha celebrare cum Judæis Luna 14. ſi hæc fuiſſet

Domi-

Dominica, & tamen hanc penitùs rejecerunt, & Britones, qui iſtud obſervabant, acerrimè inſectati ſunt, ùt vidimus n. 61. & ſeq. Dein ſi hæc ratio valet, cur nobis objiciunt, quòd ſæpiùs Paſcha celebremus die Dominico? Sed demum ipſe & alii, omiſſa hac ratione, ſolutionis locò totam difficultatem in nos retorquent, aſſerentes nos quoque hoc modo ſæpiùs Paſcha celebrâſſe cum Judæis v. g. anno 1609. quo anno Paſcha celebravimus die 19. Aprilis, in ipſo plenilunio, Lunâ 15. menſis Niſan. Sed hæc retorſio nulla eſt, cùm in noſtris principiis, nec plenilunium, nec Luna 15. ſit terminus paſchalis, aut Paſcha Judæorum, ſed Luna 14. quæ anno 1609. nullatenùs incidit in diem Dominicum, aut 19. Aprilis. Aliud exemplum priori oppoſitum nobis objicit Franckenſteinius pag. 21. Ait nempe anno 1629. contigiſſe plenilunium 7. Aprilis hor. 9. veſpert. die Sabbati, quo fuit Paſcha Judæorum, adeóque Chriſtianis ſtatim die Dom. ſeq. celebrandum fuiſſe Paſcha, cùm tamen nos illud rejecerimus in aliam Dominicam ſequentem, contra ſtatuta Nicæna, quæ prohibent, ne Paſcha in ultimam quadraturam (di-

cendum fuiſſet hebdomadem) rejiciatur. Sed non advertit Franckenſteinius, ſe directè pugnare contra regulam Gauppianam, vi cujus Paſcha celebrari non potuiſſet 8. Aprilis cum Judæis, cùm plenilunium acciderit poſt 6. veſpertinam Sabbati. Nec videt, caſum ſimilem futurum an. 1778. & 1798. quibus ipſimet, non obſtante plenilunio Sabbati, Paſcha non celebrabunt die Dom. ſeq. ſed rejicient in 4. hebdomadem contra objectos nobis canones; Quod in nos retorqueri non poteſt, qui juxta mentem Eccleſiæ aliter hebdomades computamus. Adverſarii per novicios ſuos canones ſibimet cudunt has difficultates; nos iſtis non angimur, quibus ſufficiunt ſtatuta Nicæna, quibus etiam inhæremus.

169. Omittò difficultates alias, quas ſibimet objicit Schulenburgius, & denique inſuperabiles eſſe judicat pag. 165. ubi ſic loquitur: Cùm igitur impoſſibile ſit, ut noſtrum & Judæorum Paſcha nullatenus concurrat, minimè neceſſarium videri poſſet, ut ad eorum calculum attendamus. Prius nempe ob intricatum Judæorum calculum jam propoſuerat hanc quæſtionem

pag.

pag. 167. An ergo Christiani in determinatione sui Paschatis necessariò pendere debeant à Judæis, & hac ratione gloriandi causam ipsis præbere? Responsionem potuisset Schulenburgius accipere à Constantino M. in sua adhortatione ad Episcopos, ubi de Judæis sic loquitur: *Et profectò omnium absurdissimum est, illos gloriando jactare, hisce observandis nos sufficere non posse absque illorum doctrina & præscripto.* Hìc illum movet jactantiæ hujus absurditas; Superiùs autem pag. 153. & seq. illum movebat pia in Judæos affectio, quorum salus cordi nobis esse debet, uti fuit Gregorio XIII. qui anno 1584. omnem in speciali mandato curam impendit ad promovendam Judæorum instructionem, & conversionem. Tum subjungit: cur igitur nostrum & Judæorum Pascha non possit concurrere, si talem concursum per se evenire contingat? Putat ille, hanc fore viam pertrahendi Jndæos ad nostra mysteria. Rursus tamen scrupulum sibi injicit ratione Concilii Nicæni; sed iterum excutit, dicendo, alias tunc fuisse prohibendi rationes: *Distingue tempora, & concordabunt Concilia atque Consilia.* Aliosècontra nec

movet pia hæc in Judæos affectio, nec illorum jactantiæ absurditas, & nihil magis abhorrent, quàm ut Pascha celebrent cum Judæis, quod omni modo & ratione per sua statuta & novas regulas vitandum volunt, etsi per istas inextricabili labyrintho sese inserant, ùt dictum est, & agnovit Schulenburgius. Nempe, ùt dicebam ad initium hujus paragraphi, ubi à via regia deflectimus, variis sæpè modis aberramus.

§. 3.

Quid sit Luna 14. & quomodo per illam evitetur Pascha Judæorum?

178. VErùm dicent illi, me quidem hìc alios impugnare, interea tamen nihil explicare: unde quærent, quid igitur sit Luna 14. de qua toties redit sermo, & quomodo per illam Pascha Judæorum sufficienter evitemus? Ad utrumque Respondeo facilè: ad primum dico, Lunam 14. nihil aliud esse, quàm diem 13. primi mensis anni lunaris Judaici, prout notatur in Calendario politico ritè ordinato; sicuti dies 25. Decembris, quâ celebramus festum Nativitatis Domini, nil aliud est, quàm ipsa dies 25. ultimi mensis anni solaris

HS N
aag. 12

Litter Dominic	Pa a	ter v.	Prima Dom. Adventus
D	Mart.		29. Nov.
	Mart.		29.
	Apr.		29.
	Apr.		29.
	Apr.		29.
E	Mart.		30. Nov.
	Mart.		30.
	Apr.		30.
	Apr.		30.
	Apr.		30.
F	Mart.		1. Dec.
	Mart.		1.
	Apr.	1	1.
	Apr.	2	1.
	Apr.	3	1.
G	Mart.		2. Dec.
	Apr.	1	2.
	Apr.	1	2.
	Apr.	2	2.
	Apr.	3	2.
A	Mart.		3. Dec.
	Apr.		

laris politici, prout notatur in Calendariis nostris. Et hoc nemini potest esse difficile, nisi forsan ei, qui vel annum lunarem politicum non intelligit, vel eidem non assuevit. Sed quærent ulterius, quid sit dies illa 14. loquendo astronomicè? Ad hoc ℞. diem illam 14. nullum respicere punctum orbis lunaris fixum ac determinatum astronomicè, sicut dies 25. Dec. punctum orbis solaris præcisum non respicit. Et quæro ab Adversariis, quid intelligant per diem 10. mensis Nisan, quâ Judæi jubebantur tollere agnum per familias & domos suas? Hactenus, quod sciam, nemo somniavit, diem illam 10. per determinatam Lunæ phasin, aut fixum aliquod cœli punctum definiendam fuisse: nec igitur tali ratione definienda est dies 14. sed sicut Judæi debebant die 10. mensis lunaris politici agnum tollere, sic debebant die 14. ejusdem mensis illum immolare. Quòd si quæstio procedat in sensu astronomico latiore, tunc dico, quòd sicut dies 25. Decembr. mensis nostri ultimi sequitur solstitium hybernum, à quo per cyclum lunarem nunquam multum removetur, sic dies 14. mensis Judæorum

primi hæreat circa plenilunium vernum, à quo per cyclum lunarem nunquam multum removetur, prout alibi explicatum est. Omnium optimè videtur cœlo congruere Luna, aut dies 14. si uno die plenilunium antecedat, uti scripsit Paulus Mildeburg, & agnovit Scaliger cit. num. 163.

171. Ad alteram quæstionis partem responsio patet ex Canone Nicæno, qui præcisè exclusit Lunam 14. primi mensis Nisan, anni lunaris politici ritè ordinati, ut dictum est num. 60. & seq. & per hoc Patres illi sine aliis præcautionibus existimarunt, se Pascha Judæorum sufficienter vitare. Unde Constantinus Imperator sic loquitur ad Episcopos: *Propositus est sacratissimæ religioni nostræ suus cursus, & legitima, quæ illam deceat regula; quam unanimi consensu complectentes, nos ipsos à fæda illa (Judæorum) conscientia, & societate retrahamus, Fratres Reverendissimi. Et profectò omnium absurdissimum est, illos gloriando jactare, hisce observandis nos sufficere non posse absque illorum doctrina & præscripto.* Sciebant nempe Patres Nicæni ex sacris litteris, diem 14. primi mensis Judæorum Paschati destinatam esse, neque ad hanc

inve-

inveniendam Judæorum indigebant calculo, cùm ipse Constantinus illos argueret errorum. Nos quoque hanc diem 14. Judæorum paschati destinatam agnovimus, & probavimus n. 37. & 38. quidquid in suis Calendariis balbutiant hodierni Judæi, ex quorum ritu non æstimandum esse pascha dicebat Protestantium aliquis n. 162. Etsi Protestantes alii nimium quantum ipsis deferant. Id ipsum agnoscebant Judæi antiquiores, uti Josephus, qui lib. antiq. apud Bedam de rat. temp. cap. 61. sic loquitur: *Decimâ quartâ primi mensis agnus immolatur: decimâ quintâ autem succedit festivitas azymorum, quæ 7. diebus celebratur.* Et alibi breviùs: *Diem Paschatis excipit festivitas azymorum.* Gregorius quoque Patrum Nicænorum secutus exemplum hanc diem 14. primi mensis exclusit in suo Calendario, & per hoc sufficienter vitari Judæorum pascha judicat Ecclesia.

172. Neque nos angit, quod Judæi dies festos inchoent à vespera noctis; nam in hoc sensu vespera illa diei 14. pertineret ad diem 15. seu solemnitatem azymorum, quam à Paschate distinguit Scri-

ptura. Si dicas, sacrificium & immolationem agni peractam quidem fuisse die 14. comestionem tamen agni protractam fuisse in vesperam noctis; imprimis nihil dicis, cùm Scriptura diei 14. absolutè attribuat Pascha, & hanc diem apertè distinguat à 15. ùt vidimus n. 32. & seq. unde pascha Judæorum verè peragebatur die 14. à qua tu illud per interpretationem distortam non removebis. Deinde neque probas intentum, cùm illam quoque vesperam noctis in suo Paschate excludat Ecclesia, quæ dies inchoat à media nocte. Sed novus tibi scrupulus oritur; si contingat hanc ipsam Lunam 14. prout computatur à Judæis, coincidere cum nostro Paschate, prout à nobis computatur, nunquid tunc Pascha celebrabimus cum Judæis? ℟. imprimis non esse periculum, modo Judæi computum suum prudenter instituant: cùm enim, uti aliis quoque Nationibus usitatum erat, Judæorum aliqui menses lunares inchoarent à luminarium conjunctione, alii à prima Lunæ phasi; Gregorius prudentissimè viam iniit mediam, inchoando menses ferè à phasi, uti explicatum est n. 104. Hinc cautum est,

ne

ne unquam Lunæ 14. se se citiùs offerant, quàm oporteat. Quòd si Judæi modum aliquem inusitatum adhibeant, addendo regulas nugatorias aut superstitiosas; quales in eorum computo agnoscit Schulenburgius, non propterea nostram computandi rationem, quæ prudenter instituta est, immutabimus; cùm nec pendeamus ab arbitrariis eorum placitis, nec eis concedamus gloriandi prærogativam, quasi non possemus absque illorum præscripto pascha determinare, quod absurdissimum esse judicabat Constantinus. Si jam sermo est de Judæis hodiernis, habent illi plures regulas cœlo satis convenientes, & per has eorum Pascha non facilè coincidet cum Paschate nostro, etsi fortè id contingere posset propter eorum dies rejiculas & translationes superstitiosas: interea tamen ex pluribus, quos institui calculis, nunquam deprehendi, quod eorum Luna 14. primi mensis inciderit in Dominicam nostri Paschatis. Igitur dies 14. primi mensis in Calendario nostro ritè ordinato est verus terminus paschalis ab Ecclesia præscriptus, & hunc excludendo, excludimus pascha Judæorum, & Quarta-

decimanorum. En totum myſterium, quo nihil facilius, nihil melius.

173. Hæc eſt via plana & regia, quam ſi cum aliis ineat D. Schulenburg, facilè pertinget ad votorum ſuorum metam, quam operi ſuo præfigit, nempe Calendariorum unionem, & per hanc obtinebit illam in orbe Chriſtiano concordiam, quam in celebratione Paſchatis tantopere Conſtantinum deſideraſſe ſcribit, & ſimul vitabit confuſionem illam in rebus politicis, quam non exiguam in Imperio eſſe agnoſcit propter feſtorum diſcrepantiam. Omnis alia via, quam proponit minus conveniens eſt, aut minus commoda. Si enim, uti ſcribit pag. 140. una pro Paſchate ſtatueretur dies fixa v. g. prima Dominica Aprilis, aut abſolutè dies 5. Apr. quâ Chriſtum reſurrexiſſe multi opinantur, tunc directè ageretur contra SS. Patrum decreta, & Concilii Nicæni canones, quos hac in parte tam ſacroſanctos eſſe volunt Proteſtantes ipſi, & meritò, cùm in his contineatur ſancta venerandæ antiquitatis diſciplina, & hæc ex ipſa traditione apoſtolica manaſſe videatur, uti explicatum eſt n. 53. & ſeq. Rurſus calculus aſtronomi-

nomicus, quem contra antiquum Ecclesiæ morem nobis obtrudere conatur, nec est ad hanc unitatem conveniens, neque commodus, uti ostensum est §. 2. hujus cap. & ipsimet calculi sui difficultatem experiuntur, uti dictum est superiùs. Deinde cùm dicit, consultum fore, si laudatissimi ordines Imperii convenirent, & unanimi consensu certa quadam ratione festum Paschatis determinarent, iterum alludit ad Ecclesiam, aut communitatem privatam, quasi verò res ista solius esset Imperii, & non totius Ecclesiæ: concordia, quam optabat Constantinus, & observandam præscripsere Concilia, erat *per omnem orbem* inter omnes Christianos: & quomodo hæc obtinebitur, si tot sint capita, quot Nationes diversæ? In hac re nihil decidi potest sine totius Ecclesiæ consensu, aut illius, qui supremam in ea Auctoritatem habet, voluntate. Cur autem in gratiam Protestantium commoveatur universus orbis Catholicus, & mutet Sanctiones, quas matura cum deliberatione prudentissimè instituit, & summo animorum consensu imposterum observandas judicavit? Quid inde absurdi, quid in-

com-

commodi, quid mali spiritualis aut temporalis consequitur, ut propterea à sapientissimis ejusmodi statutis recedamus?

174. Quare non superest melior unionis via, ac est illa, quam insinuat in fine sui operis, si nempe Protestantes ipsi amore pacis & unitatis eandem nobiscum inirent viam, licet addat, hoc tunc fore connivendo, non approbando. Id fieri posse tutâ ac salvâ conscientiâ jam olim scripserat D. Gauppius, & fieri posse confirmat D. Schulenburg: si enim juxta ipsum statui posset ex consensu Imperii dies Paschatis fixa, aut eligi modus aliquis definiendi paschatis determinatus, eorum regulæ paschales non sunt adeò sacrosanctæ quin tutâ ac salvâ conscientiâ immutari possint: has ergo, uti jam fecerunt in æquatione solari, amore pacis & unitatis paululùm immutent, & eandem nobiscum ingrediantur viam, in qua Imperator Augustus, Reges & Principes nostri præcedunt, & omnes Catholicæ Nationes, ut ut aliàs moribus diversæ, conspirantibus animis illos sequuntur.

CAP.

Cap. IV.

De quibusdam nævis, qui Calendario nostro, ejúsque Auctoribus affinguntur.

175. SCriptores Catholici, etsi optimè agnoscant, Calendarium politicum longè magìs convenire Christianis per totum orbem diffusis, quàm calculum astronomicum, & perbenè sciant, hanc fuisse antiquam Ecclesiæ consuetudinem, à qua nullatenus recedendum est, fuere tamen eorum aliqui, qui de ipsa Calendarii nostri perfectione dubitarent. Cùm enim Gregorius XIII. in emendatione Calendarii veteris, sibi novum proposuerit, quantum fieri potest, perfectum, dubitarunt illi, an perfectionem istam fuerit assecutus. Et in his paucorum Catholicorum dubiis multum præsidii reponunt Acatholici ad impugnandum Calendarium nostrum.

§. 3.

§. I.

An Calendario Gregoriano desit aliqua Perfectio; aut adhibenda sit aliqua Correctio?

PRiusquam hæc eorum dubia examinentur, jure merito ab iis quæri potest, an ergo propter modicum melioris grani additamentum, quod certè exiguum erit, si tamen inveniatur, immutandum esse judicent Calendarium tanta industria, tot impensis, tanta circumspectione elaboratum, summa cum Auctoritate orbi Christiano propositum, & pari cum plausu acceptum? An propterea judicent immutandas in libris nostris tabellas & regulas, quibus à tot annis assuevimus, quibus sine ulla perturbatione & incommodo ubique locorum utimur? an ideo volent denuò suscitandas esse lites, quæ Ecclesiam â tot sæculis divexarunt, an subire nova perturbationis pericula, quæ in re simili oriuntur ex opinionum varietate, Nationum æmulatione, Doctorum contentione? An igitur procedendum erit in infini-

infinitum, an potiùs aliquando sistendum in iis, quæ post adhibitam summam diligentiam sapientissimè decrevit Ecclesia?

176. Neminem ego, qui ducatur amore pacis & concordiæ, inventum iri existimo, qui non potiùs eligat hoc ultimum: contrarium qui sentiunt, non aguntur vero zelo, sed agunt vel ex invidia, utì olim Scaliger, vel ùt seipsos ostentent, aut alterius nomini adulentur, vel aguntur ipsi periculoso novitatis spiritu, ùt in ejusmodi rebus Novatores solent. Jam olim Professor quidam Romanus scripserat, ejusmodi Aristarchos, dum toti sunt in minutiis astronomicis, ut vanam captent gloriam, non attendere ad mentem & praxim Ecclesiæ, ad commoditatem fidelium, aliásque rationes politicas & ecclesiasticas cum astronomia conjungendas; unde nec mirum est, si non audiantur. Id ipsum accidit inter Protestantes: si anno 1724. inter illos non fuissent inquieti quidam Astronomi, majore alii inter se & nobiscum concordia celebrassent Pascha, & festa ab eo dependentia; imô celebrassent melius, utì ex ipsis eorum regulis novis consequi ostendimus n. 167. Et

quod

quod inde retulerunt operæ pretium? hoc solum, quòd fuerint inter se & à nobis divisi, & per hanc divisionem atque in festis discrepantiam orta sint non levia per Imperium incommoda. En totum novitatis illius fructum! cùm aliàs omnes bona fide, tutâ conscientiâ, magna cum pace & unitate festa celebravissemus. Aliud esset, si moralis quædam necessitas nos impelleret, uti olim Gregorium impulit ad emendationem Calendarii; tum enimverò laudanda sunt, & audienda Peritorum consilia: ut autem illicò mutari debeat opus artificiosissimum communi consilio ac consensu elaboratum atque perfectum propter nullius momenti minutias & difficultates, quas sibi fingit, qui vult plus sapere, quàm oporteat sapere, id nemo prudens consultum judicabit. Cùm sub finem prioris sæculi exorta fuisset hac de re controversia, Ludovicus Magnus Rex Christianissimus sapientissimè præcepit Academiæ, ut equidem suam mentem, dum consuleretur, sincerè exponeret, reliqua verò permitteret decisioni Ecclesiasticæ.

177. Scimus autem ex epistola D. Francisci

cisci Serra, qui fuit unus è Consultoribus Congregationis super re Calendarii, ad D. Bianchini ejusdem Congregationis Secretarium, datâ 16. Apr. 1703. scimus, inquam, quòd in primo consessu omnes in eam concesserint sententiam, ut difficultates adversus Calendarium Gregorianum propositæ examinarentur, síque alicujus judicarentur ponderis, & Congregatio iisdem solvendis non sufficeret, consulerentur Astronomi & Mathematici Extranei; ut nihilominus nihil attentaretur circa Calendarium, cùm nullus compareret, qui in se vellet suscipere onus probandi defectus Calendarii: & hoc erat consentaneum intentioni summi Pontificis. Deinde difficultates à præsentibus propositæ, vel aliunde Romam missæ, omnibus, qui hujus erant Congregationis, communicatæ sunt, & ab iisdem diligenter examinatæ. Cùm postea Eminentissimus Congregationis Præses mentem Congregatorum exposceret, numerus eorum, qui asserebant nihil innovandum esse, semper duplo major fuit, quàm aliorum; & qui contrariæ erant opinionis, magis pugnabant inter se, quàm contra Calenda-

rium: quidam volebant periodum 1000. annorum, alii plurium, &c. & eò tendebant per intricatas, quas de Paſchate renovabant quæſtiones, ut deſtrueretur, quod in emendatione Calendarii præſcriptum fuerat ex ratione, quin aliquis melius Syſtema propoſuerit, quod ſolidis niteretur fundamentis. Unde plerique judicabant, ejusmodi mutationem non poſſe, niſi ſcandala & turbas excitare. Hinc etiam nihil iſtorum probavit Sanctiſſimus. Hæc & alia, quæ adduntur in hac epiſtola luculenter confirmant ea, quæ ſcripſeram ſuperiùs.

178. Quales porrò difficultates fuerint Congregationi propoſitæ, non ſcio; ex iis, quæ aliunde ad me pervenerunt, colligo, fuiſſe leves: imo vix aliquid, aut omnino nihil allatum fuit, quod non fuerit temporibus Gregorii & Clementis præviſum & præoccupatum: unde non niſi breviter difficultates iſtas attingam. Atque imprimis ſtatim diſtinguo inter cauſas, quæ aliquam mutationem poſſent inducere: nam aliæ peti poſſunt ex luminarium motibus, emendationis tempore forſan non ſufficienter notis; aliæ petuntur

ex

ex rationibus aliis: priori modo nunquam judicavit Ecclesia, motus illos ita fuisse perspectos, ut nec in minutis minimis ullus esset error, cùm nemo mortalium hoc sibi polliceri possit; quòd si post plura sæcula talis error excrescens advertatur, modum habet Ecclesia supplendi defectum, quin immutetur forma Calendarii, ùt dictum est n. 110. Ex alio autem capite contendo, nullas esse rationes, quæ immutationem suadeant, & hoc non tantùm ex meo tenui judicio, sed ex aliorum rem optimè intelligentium, imò ipsius Ecclesiæ suffragio. Ubi denuò notandum est, Conditores Calendarii quæsivisse ad mentem Ecclesiæ cyclum captu facilem & uniformem, qui eodem tenore per se fluat naturaliter, & ab omnibus facilè percipiatur: nam cyclum construere, ut aliqui volebant, ex tabulis astronomicis pro uno aut altero sæculo, per regulas nullatenus uniformes ac perpetuas, nec est propriè cyclum construere, nec Calendarium de se perpetuum exhibere, quale ad omnium commoditatem optavit Ecclesia: & revera obtinuisse fatebitur, quisquis fundamenta à nobis, & ab aliis explicata ritè ac

ſincerè perpenderit. Addamus tamen pauca, quæ opponuntur in contrarium.

179. Prima difficultas petitur ex tabula feſtorum mobilium, explicationi Calendarii inſerta, in qua plenilunia annorum centeſimorum non biſſextilium ex erroneis Clavii regulis, non rectè ſupputata dicuntur cum inæquali differentia præceſſionis pleniluniorum anni præcedentis & conſequentis, licèt omnes tres anni communes ſint. v. g. Plenilunium medium anni 1699. ponitur die 14. hor. 2. Apr. Ann. 1700. d. 4. h. 11. Apr. 1701. d. 23. h. 20. Mart. ex quibus plenilunium loco medio poſitum differt à priore d. 9. h. 15. & à poſteriore d. 11. h. 15. cùm tamen differentia præceſſionis in annis communibus ſe invicem conſequentibus ſit æqualis & ordinaria dierum 10. hor. 15. quod eveniret, ſi plenilunium anni 1700. poneretur, uti verus computus requirit, die 3. hor. 11. Apr. Et hic error repetitur in aliis centeſimis non biſſextilibus, unde etiam refunditur in ſæcula conſequentia per totam tabulam, indéque factum eſt, ut non adverteretur nimia retardatio decimarum quartarum Paſchalium.

lium. Sic ferè referunt in hiſtor. Acad. Pariſ. ad annum 1701. & fuſiùs habetur in foliis ſub initium hujus ſæculi vulgatis.

180. Qualis fuerit computandi modus in hiſce pleniluniis, examinandum non ſuſcipio, quia nihil facit ad rem: eſto enim in ea tabula erratum fuerit in pleniluniis mediis annorum centeſimorum non biſſextilium, nihil tamen erroris inde refunditur in Calendarium, quod independenter ab ea tabula concinnatum eſt totum: unde nec opus eſt meminiſſe hujus tabulæ, ut explicentur regulæ & fundamenta Calendarii; nec ego memini, cùm aliunde fundamenta habeantur omnia, uti patet ex dictis. Hæc igitur tabula poſtmodum duntaxat adjecta eſt, ut pateret, quanta ſit conformitas inter calculum aſtronomicum, & cyclicum Gregorianum. Deinde nec verum eſt, quod error iſte redundet in totum conſequens ſæculum; nam ipſi Adverſarii fatentur plenilunium anni primi hujus ſæculi, ſeu 1701. bene ſupputatum eſſe, quod & de aliis conſequentibus in hoc & aliis ſæculis verum eſt. Rurſus neque verum eſt, hanc fuiſſe cauſam, quod non adverteretur

 deci-

decimarum quartarum retardatio ; nam eadem retardatio advertitur aliquoties in aliis annis, etsi plenilunia rectè supputata sint, uti contingit anno 1728. & aliis, quibus decima quarta plenilunium sequitur; & hoc Calendarii Conditores non curarunt; deinde neque anni centesimi non bissextiles continuò hanc retardationem ita palliant, sicut anno 1700. quod patet in annis 1800. 1900. 2100. 2200. 2300. 2500. 2600. ubi ex ipsis opponentium principiis nulla se se offert dilatio Lunæ 14. pallianda. Imo aliqualis retardatio fuit studiosè quæsita & statuta, priusquam hæc tabula vulgaretur ; ùt patet ex Apologia Clavii adversus Mæstlinum, & de hac paulò plura dicemus inferiùs. Sufficit hic ostendisse, errores, si qui sint in ea tabula, nec tales esse, quales depinguntur, nec quidquam officere Calendario. Et fortè in tabula adeò extensa errores, qui facilè irrepunt, invenientur alii, sic anno 3309. Pascha notatur 14. Aprilis, cùm tamen Luna XIV. ibidem incidat in diem 16. Apr. adeóque currente littera Dom. f. pascha potiùs celebrandum sit ex ipsiusmet Clavii regulis die 21. April. sed errores

errores typi, aut irrepentes ex defectu attentionis, aut etiam alii in ea tabula, ut dicebam, nihil officiunt Calendario, cujus theoria & praxis sufficienter intelligitur ex fundamentis & regulis cap. 4. & 5. explicatis.

181. Sunt & alia plura, quæ objiciuntur Clavio, ratione dispositionis Epactarum, æquationis solaris & lunaris, & similium, quæ hìc non repeto, quia nova non sunt, nec fuere Clavio ignota, uti patet ex ejus Apologiis & Responsionibus ad Vietam, ad Mæstlinum, Scaligerum &c, eáque rursum fuere â Guldino & Petavio confutata, & quantum hìc & nunc sufficit, à nobis præoccupata cap. 4. ubi exposuimus fundamenta Calendarii, & eorum, quæ facta sunt, rationem dedimus, ac denique eò reducuntur pleraque & potiora, quod Clavius maluerit Lunas paschales paululum quandoque postponere, quàm illas nimium anticipare. Sed hæc ipsa tarditas nuper culpabatur, & ferè fuit tota origo controversiarum ad initium hujus sæculi: nam in emendatione Calendarii tria præcipuè occurrebant stabilienda, nempe restitutio æquinoctii ad diem

21. Martii, & ejusdem retentio per æquationem cycli solaris ; deinde æquatio cycli lunaris, per quam Epactæ neomeniarum indices debitas semper sedes occuparent : & denique earum Epactarum delectus ac determinatio, quæ cuique sæculo maximè conveniunt, & eo labente debent esse in usu. Quoad duo priora conveniebant facilè, nihil meliùs ad perfectionem Calendarii statui posse aut desiderari, uti patet ex dictis n. 133. & alibi. Quoad postremum verò putabant aliqui, Epactas suo quasque sæculo destinatas, unitate augendas esse, hoc est, assumendam esse in tabula æquationis & tabula Epactarum expansa litteram & lineam superiorem, locò inferioris, v. g. hoc sæculo non assumendam esse seriem Epactarum seu lineam C, sed superiorem seu lineam D : sic enim Epactæ omnes unitate augerentur, & novilunia meliùs indicarent. Et hanc dicunt fuisse intentionem Gregorii XIII. qui volebat Lunas eo loco reponere, quem occupabant tempore Concilii Nicæni : cùm igitur à tempore Concilii usque ad tempora correctionis Calendarii Novilunia in annis Julianis aureorum

nume-

numerorum sedes quatuor diebus anteverterent, totidem diebus augendæ erant Epactæ lunares, ut noviluniis congruerent, cùm tamen trium duntaxat dierum rationem habuerit Clavius, ùt explicatum est n. 104. Inde autem factum est, ut nunc Epactæ seriùs neomenias indicent, atque adeò cyclus ex hoc defectu non omnem habeat perfectionem. Hoc est potissimum, & fortè unicum Adversariorum fundamentum, quod attentionem nostram mereatur.

§. 2.

Respondetur potissimo Adversariorum argumento circa Epactas augendas, aut promovendas.

182. Difficultas ista, utut ad speciem plausibilis, fuit Auctoribus Calendarii omnino perspecta, & hoc non obstante maturo consilio factum est, ut Epactæ neomeniarum indices assumerentur eo ordine, quem nobis exhibet Ca-

lendarium, licèt per eas novilunia paulò seriùs indicentur. Rationes id faciendi habuerunt complures, quas allegant Clavius & alii, eásque jam indicavimus alibi, & breviter hìc colligimus. Ante omnia supponi potest, quod ex communi computistarum consensu scripsit Paulus Mildeburg. & agnovit Scaliger, nempe diem oppositionis luminarium convenienter vocari Lunam XV. quod patet ex mense synodico, qui constat diebus 29½. & hujus dimidium incidit in diem 15. Unde Luna 14. statuitur convenientissimè eo die, qui præcedit plenilunium. At verò Calendarii Auctoribus visum est impossibile, per cyclum facilem & uniformem Lunam intra diem ita continere, ut nunquam hinc inde evagetur in diem præcedentem & consequentem, & probabilius id nemo alius unquam assequetur; si enim æquinoctium, quod ab uno motu Solis dependet, non possit in Calendario politico intra diem 21. Martii ita contineri, quin non raró hinc inde evagetur, non apparet, qua ratione in Calendario simili intra diem mensis determinatum sine tali evagatione contineri possit Luna, quæ præ-

ter

ter inæqualitates sibi proprias, menses plenos, cavos, embolismicos &c. subit etiam inæqualitates anni solaris per annos communes & bissextos: unde pro Luna 14. statuendus erat dies aut terminus medius, & in hunc finem ferè statuerunt plenilunium medium, ita quidem, ut Luna 14. illud quandoque consequatur, à potiori tamen præcedat, aut simul coincidat. Et hoc fecerunt prudentissimè; si enim pro termino medio sumpsissent diem, quæ plenilunium præcedit, Luna 14. sæpissimè toto biduo præcessisset plenilunium, qui error reputandus est major, quàm si Luna 14. quandoque uno die sequatur plenilunium.

183. Ratio id asserendi est 1° quia universim loquendo errores in hac materia majores sunt, si fiant per anticipationem, quàm per postpositionem. Id imprimis patet ex primæva Paschatis institutione, quod in lege, uti dictum est n. 35. variis de causis poterat differri, non autem anticipari. Similiter Ecclesia jam à primis sæculis omni ratione cautum voluit per suos canones, ne error per anticipationem in celebrando Paschate committeretur:

etsi

etsi enim nimiam quoque Paschatis dilationem prohibuerit, vetando, ne in 4. hebdomadem rejiciatur, id tamen nec toties fecit, nec verbis adeò sonantibus, qualia fuere, quibus Lunam 14. & hebdomadem 2. exclusit, interminando etiam censuras ecclesiasticas, ùt vidimus n. 52. & seq. it. n. 155. Hinc Ecclesia eos, qui S. Hippolytum secuti, non celebrabant Pascha Luna 15. etsi in eam incideret dies Dominicus, sed rejiciebant in Dominicam sequentem ad initium hebdomadis 4. non tam acriter insectata est, sicut illos, qui Lunâ 14. vel hebdomade 2. Pascha faciebant, quorum non pauci inter hæreticos aut schismaticos numerati sunt, ùt patet ex dictis n. 58. 61. &c. Inde est, quòd in Congregationibus super re Calendarii tempore Gregorii habitis Viri illi maximi in eo convenerint, quod majores committantur errores per anticipationem, quàm per postpositionem: id patet ex actis in Bibliòtheca Vaticana inventis, & à D. Bianchini ad D. Cassini missis. & hanc hypothesim conformem esse menti antiquorum Patrum agnovit Acad. Parif. in hist. ad ann. 1704. His suppositis, sequitur Epactas augeri aut

pro-

promoveri non debere; cùm enim nunc Epactæ nostræ quolibet sæculo Lunam 14. sæpius statuant uno die ante plenilunium, toties illam toto biduo ante plenilunium collocarent, si unitate augerentur, atque adeò si statim sequatur littera Dominicalis, uti non rarò contingit, Pascha celebrabitur ante plenilunium hebdomade 2. uti pluribus exemplis ostendit P. de la Maugeraye in tractatu, quem ea de re nuper conscripsit, & in quo ex cautela opposita Calendarii Gregoriani perfectionem deducit. Pauca ex multis sunt exempla sequentia, in quibus, si auctæ fuissent Epactæ, Pascha celebrandum notaretur toto die & ampliùs ante plenilunium, uti annis 1588. 1598. 1635. 1807. 1831. 2102. 2207. &c. nimirum hebdomede 2. uti ex mensis lunaris quantitate consequi probatum est superius. Alia sunt exempla longè plura, si, quod multi existimant, plenilunium medium non debeat accidere in paschate post occasum Solis, quod auctis Epactis eveniret anno 2730. 1750. 1767.

184. Quod ulterius probatur 2° eorum omnium Auctoritate, qui scripserunt, Pascha non esse celebrandum ante plenilunium

lunium. Ita ſcribit Rupertus lib. 6. de Divin. Off. cap. 27. ubi de Paſchate Chriſtianorum dicit, *ut non celebretur ante primi menſis plenilunium, videlicet ubi primum plena Luna poſt vernale occurrit æquinoctium.* Similia habet Guilielmus Durantus in Rationali Divin. Offic. & alii. Imò fuerunt aliqui, qui ipſam Lunam 14. confunderent cum plenilunio, uti dictum eſt §. præced. & referunt Academici Pariſ. ad ann. 1701. ubi hunc loquendi modum profluxiſſe dicunt ex eo, quòd Luna 14. plenilunio vicina ſit, quæ Lunæ phaſis admodum lentè mutatur. Et hæc explicatio locum habet, ſi Luna 14. terminetur in die oppoſitionis aut hæreat circa plenilunium, uti dix. n. 165. & agnovit Victor apud Petavium lib. 2. de Doct. Temp. cap. 65. ſi verò Luna 14. toto biduo plenilunium antecedat, explicatio hæc ſatis torta videtur.

185. Idipſum probatur 3° quia ſi Epactæ fuiſſent per unum diem promotæ, non tantùm Lunæ 14. nimium antecederent plenilunia, ſed ipſa etiam novilunia per Epactas indicata plus juſto anticiparentur, uti oſtendit Clavius cap. 18. Contingeret

nempe

nempe, ut interdum novilunia sese in Calendario politico offerrent ante veram luminarium conjunctionem, quod esset contra omnium Nationum usum. At verò, quod novilunia politica non nihil consequantur cœlestia, nec est novum, nec absurdum: id enim, ùt notat Petavius lib. 5. cap. 15. apud plerasque Nationes usu percrebuit. Tales sunt Arabes & Turcæ, qui mensis & lunationis initium observant à Phasi. Idem, ut multis probabilissimum videtur, olim fecerunt Judæi, ùt vidimus n. 160. nec absurdum esset, si etiamnum facerent; quamvis pari jure possint mensem inchoare à conjunctione, utì faciunt alii. Quare prudentissimè factum est, ut in Calendario nostro viam iniremus mediam, deprimendo neomeniarum Ecclesiasticarum radicem 16. horis infra conjunctionem, utì explicatum est n. 104. sic enim vitantur incommoda in nimia antepositione Lunæ 14. respectu plenilunii, nec ullum incurritur incommodum ex aliquali postpositione noviluniorum.

186. Hæc omnia confirmantur 4° quia Clavius, adhibitâ etiam omni hac præcautione, non potuit impedire, quin Pascha

sese

se se paulò citiùs quandoque celebrandum offerat, quamvis id non contingat nisi rarissimè intra aliquot annorum millia, & post multa primum sæcula, nimirum annis 3344. 3611. &c. Ea de causa volebant aliqui, ut Epactæ, alicubi saltem, magis deprimerentur; & inter istos in Apolog. adversus Mæstlinum numerat Maginum, virum alioquin doctissimum, qui pascha anni 1598. quod celebrandum notabatur 22. Martii, differendum volebat in diem 29. sumpto mensis initio à 9. Martii, non à die 8. Ex quo patet, Clavium in dispositione & delectu Epactarum ingressum esse viam tutissimam, quia inter oppositas mediam. Deinde Epactæ non possunt alicubi attolli vel deprimi, quin alibi omnes attollantur vel deprimantur; id enim exigit ratio cycli uniformis & perpetui: illud si fiat, tunc in illud ipsum incommodum, quod alicubi vitare intendimus, alibi sæpius incurrimus. Id omnes facilè percipient, si advertant, eandem, quæcunque assumatur, Epactarum seriem, quæ in usu sunt in eodem cyclo decennovenali, eodem sæculo Lunas 14. modò attollere, modò deprimere. v. g. anno 1603. Epacta XVIII.

&

& anno 1609. Epacta XXIV. exhibent Lunam 14. ante oppositionem mediam. Anno autem 1612. Epacta XXVII. & anno 1632. Epacta VIII. eandem exhibent post oppositionem. Idem evenit sæculo seq. comparando annum 1711. & 1721. &c. Imò eadem Epacta quandoque Lunas 14. attollit & deprimit eodem sæculo: sic Epacta XI. Lunam 14. attollit anno 1711. & rursus deprimit 1768. In his omnibus præsens Epactarum dispositio tenet medium: si augerentur aut minuerentur, tunc sæpius ex alterutra parte fierent excessus toto die majores.

187. Ratio 5. quòd Epactæ augeri non debeant, est, quia augmentum istud esset ad finem, qui nuper intendebatur, ineptum: cùm enim Protestantes ad initium hujus sæculi Calendarium Gregorianum recepissent quoad usum civilem, atque etiam examinarent, utrum recipiendum quoque esset, quoad usum Ecclesiasticum in festis mobilibus determinandis, putabant aliqui, quod & Parisienses innuunt in sua hist. Academ. ad annum 1701. id illos faciliùs facturos, si hoc Calendarium auctis Epactis, ut ipsis videbatur,

propiùs ad cœleſtes motus revocaretur. At per hoc ipſum illos magis adhuc abſterrerent; cùm enim illi habeant pro termino paſchali ipſum plenilunium verum, & paſſim in ſuis libris inclament, nos peſſimè cum Judæis paſcha celebrare, dum illud celebramus in plenilunio; quâ ratione non vociferarentur illi, ſi auctis Epactis longè ſæpius in plenilunio, & etiam ante plenilunium celebraretur? Et quod plus eſt, neque illi ſemper Paſcha ſtatim celebrant die Dominica plenilunium ſequente: nam ſecundùm illorum regulas, ſi plenilunium cadat in Sabbatum poſt horam 6. veſpertinam, non celebrant die ſequente, ſed rejiciunt in aliam Dominicam, uti poſt nupera ſtatuta hoc ſæculo fieri volunt ann. 1778. & 1798. Unde Paſcha anni 1700. quod ſub initium ſæculi occaſio fuit controverſiarum, parùm faciebat ad rem: nam ipſimet ea ex parte laudant cyclum, quâ per tarditatem nititur vitare paſcha Judæorum, quamvis rejiciant, quia juxta ipſos nullus cyclus eſt regula ſatis ſemper accurata. Deinde hæc tarditas non æqualiter obſervatur ſæculis omnibus: ſunt enim

aliqua

aliqua, in quibus Luna 14. vix aut nunquam plenilunium sequitur, uti sæculo annum 3000. sequente. Quid mirum, si quibusdam aliis id interdum contingat, cùm ipsa radix æquationis fuerit consultò paululùm depressa, & ipsa æquatio adhibenda solaris & lunaris mutationes pariat, quæ tamen sensim restituunrur.

188. Ratio 6. est, quia revera mens Ecclesiæ semper fuit, ut in celebratione Paschatis non concurramus cum Judæis. Dicunt enim Academici quidam Parisienses ad annum 1701. consuetudinem celebrandi Paschatis die Dominica post Lunam 14. potiùs inde repetendam esse, quod antiquitus moris esset, ut jejunia solverentur Sabbato, & hanc rationem allegari dicunt à SS. Patribus. Verum est, hanc etiam allegarunt Patres, & hanc quoque inter alias allegavimus n. 53. sed hanc non allegarunt unicam, cùm sæpius mentionem fecerint de illo cum Judæis concursu, & veluti rem abominandam aut intolerabilem detestati sint. Id utique patet ex cap. 3. §. 3. & 4. Item ex §. 3. hujus cap. Hinc S. Isidorus cap. 31. de offic. Eccles. ait: *Judæi tantundem*

mensem novorum, & Lunam observant: diem autem addendum Patres nostri censuerunt, ut & nostra festivitas à festivitate Judæorum distingueretur. Et hanc rationem approbat etiam Gregorius Can. 6. ubi dicitur Pascha celebrandum esse die Dominica Lunam 14. sequente, *ne cum Judæis conveniamus, si fortè dies 14. Lunæ caderet in diem Dominicum.* Unde negari non potest, quin concursus aliquis cum Judæis fuerit in Ecclesia prohibitus, & inde tam malè habiti sunt Quartadecimani.

189. Scio, quid ad hoc in sua histor. olim responderint Academici Regii; dicebant nempe, concursum hunc sufficienter per hoc evitari, quòd Pascha nunquam celebretur Lunâ 14. quam exhibet cyclus in Ecclesia receptus & probatus, etsi fortè Luna nostra 15. accidentaliter concurrat cum Luna 14. alterius cycli aliâ methodo ordinati. Id rursus in aliquo sensu verissimum est: nam utique noster cyclus & computandi modus non dependet ab arbitrariis Judæorum legibus, & cyclo, quem possent illi pro libitu mutare, aut imprudenter construere. Interea

ea tamen sapientis est, talem cyclum in Ecclesia Dei usurpandum proponere, vi cujus, quantum satis est, & convenienter fieri potest, Pascha Christianum non concurrat cum Luna 14. judaica alterius cycli rectè ordinati: nemo autem negaverit, eum cyclum rectè ordinatum esse, qui Lunam 14. exhibet die plenilunium antecedente; ergo si aliquam, hanc profectò Lunam vitare debemus, quantum convenienter possumus. Et hunc præprimis canonem præ oculis habuerunt Calendarii novi Auctores, ita ut hic fuerit primarius quasi eorum scopus, quem etiam, uti ostensum est, convenienter & commodè, ac felicius, quàm alia quacunque, quæ proponitur methodo, assecuti sunt.

§. 3.

In Calendario Gregoriano satìs cautum est reliquis etiam Difficultatibus.

190. CUm igitur Calendarium nostrum, spectatis omnibus, iisque inter

ſe collatis, ita ſit ordinatum, ut hactenus nil melius fuerit propoſitum, ac proinde perfectionem, cyclo propriam, abunde habeat, dici non poteſt, illud non re- reſpondiſſe intentioni Pontificis Gregorii, cùm Gregorius explorando Peritorum mentem aliud non intenderit, quàm quod ſpectatis omnibus videretur optimum. Verùm equidem eſt, numeros aureos tempore Concilii Nicæni plerumque citius indicaſſe novilunia; ſed hoc ipſum fuit occaſio diſſenſionum tam inter Græcos quàm Latinos, cùm per hoc Lunæ 14. plus juſto anticiparent plenilunia, uti viſum eſt ipſis etiam Alexandrinis, quibus à Concilio commiſſa fuerat Calendarii cura; Id conſtat ex Theophilo & Cyrillo, qui ſcripſerunt, eam eſſe propriè Lunam 14. quam proximè ſequitur plenilunium. Deinde non ſcimus, quali cyclo tunc uſi fuerint Judæi. Cyclus ille ante Concilium Nicænum videtur Chriſtianis & Judæis fuiſſe communis, cùm omnes, qui peragebant paſcha Lunâ 14. cum Judæis peragere dicerentur. Petavius autem lib. 2. & 12. de doct. temp. notat ex S. Epiphanio & ex epiſt. Con-

ſtanti-

ſtantini Magni, Judæos illis temporibus præſcriptos limites notabiliter antevertiſſe; & Academici Regii ad annum 1701. exiſtimant, Decimam quartam judaicam Chriſti tempore plus quam biduo plenilunium præceſſiſſe. Unde poterant Chriſtiani tunc temporis exiſtimare, quòd per novum cyclum Alexandrinum ſufficienter, ùt loquitur Conſtantinus, *ſe à fœda Judæorum ſocietate retraherent*, & convenientem haberent regulam, quâ Paſcha, ùt decet, ab omnibus uniformiter celebraretur, etſi, quod mirum non eſt, non præviderent, aut ulterius examinarent difficultates poſtmodum orituras; & has brevì exortas fuiſſe colligitur ex eo, quòd Conſtantinus ipſe, qui interfuerat Concilio, paucis poſt annis conſuluerit Euſebium Cæſarienſem de recta ratione celebrandi paſchatis, & ab eo cyclum paſchalem, & pleniorem petierit inſtructionem eámque acceperit, ùt Euſebius habet lib. 4. de vita Conſtant. aliíque Auctores citati n. 146.

191. Has porrò difficultates tam aſtronomicas quàm Eccleſiaſticas tempore Gregorii perſpectas habebant; ſciebant

omnes dissidiorum, quæ præteritis sæculis Ecclesiam divexarant, causas & originem; uti & Patrum aliorúmque Auctorum rationes; longè melius intelligebant calculum astronomicum & cyclicum; noverant etiam præsentem Judæorum computum, & qualemcunque alium aut institutum aut prudenter instituendum. Quare eam inierunt viam, quâ hisce difficultatibus posthac obviaretur, & observatis rationibus Ecclesiasticis simul & astronomicis Pascha ab omnibus per orbem Christiani summa cum pace celebraretur: atque in istis semper habuerunt præ oculis Canones Nicænos; quibus insistebant, quantum poterant, uti ostensum est toto cap. 41. Neque per novum Epactarum cyclum egêre contra mentem Patrum, qui aliud non optabant, quàm computum Ecclesiasticum accuratum, quem iis temporibus obtinere non potuerunt. Idem optavit, & feliciùs obtinuit summus Pontifex Gregorius XIII. Neque contrarium deducitur ex compendio novi Calendarii ad Principes & Academias misso: nam in eo refert equidem narrativè, aureum numerum quatuor

jam dies à veris locis fuisse evagatum, & revera totidem diebus Luna recesserat à noviluniorum sedibus per numerum aureum olim designatis; sed qua ratione restituenda sit, ibidem non decernit; sed super methodo Liliana Peritorum exquirit sententiam, *ut si quid deesse videretur, id omne absolverent atque perpolirent.*

192. In litteris verò Apostolicis, quibus Pontifex Gregorius Calendarium novum orbi Christiano proponit, rursus, uti scripsit D. Cassini, mentionem facit de Luna suo loco, à quo jam quatuor distabat dies, reponenda; quod aliqua indiget explicatione, eáque facilis est, si notentur singula, quæ in Bulla continentur. Tria imprimis requirit Pontifex ad rectam Paschatis celebrationem necessariò conjungenda, nempe certam æquinoctii verni sedem, rectam positionem Lunæ 14. primi mensis, & diem Dominicum, qui proximè sequitur. Et hæc obtenta supponit per præsentem cyclum, qui ut postea subjungitur, *efficit, ut novilunium & XIV. paschalis vera loca semper retineant.* Non ignorabat autem Pontifex aliquid in Liliana methodo mutatum

 esse,

esse, cùm ipsemet asserat, viros harum rerum peritissimos, quos ex primariis Christiani orbis Nationibus delegerat, hunc Epactarum cyclum præ cæteris elegisse, *cui tamen nonnulla etiam adjecerunt, quæ ex accurata circumspectione visa sunt ad Calendarii perfectionem maximè pertinere.* Igitur nil actum est inscio vel invito Pontifice, qui tamen dicit, Lunam suo loco restitutam; sed quomodo restitutam suo loco, *à quo jam quatuor distabat dies?* Id explicandum est, nisi velint sibi Pontificem contradicere.


193. Imprimis dici potest, Lunam dicto modo restitutam esse, quatenus Epactæ, sæculo Nicæno convenientes, iisdem diebus novilunia indicant, quibus illa tunc indicabant numeri aurei Calendario appositi; & hanc explicationem dat ipse D. Cassini in histor. Academ. ad annum 1704. Dici etiam potest, 2° Lunam dicto modo restitutam esse, ipso tempore, & post tempora correctionis Calendarii, quatenus, uti dictum est n. 104. radix æquationum non fuit per diem integrum, sed per 16. duntaxat horas depressa: igitur Neomeniæ per Epactas indicatæ

dicatæ non fuerunt à pristinis sedibus, seu noviluniorum diebus per se penitus submotæ: inde est, quòd post correctionem eandem sæpe occupent, quamvis sæpius consequantur, quod evenit non tantum ratione aliqualis illius postpositionis prudenter, ùt dicebamus, intentæ, sed ex ipsa cycli natura, quâ fit, ut Epactæ non æqualiter cœlo semper congruant, uti nec olim congruebant numeri aurei. Hæc explicatio deducitur ex cap. 18. Explic. Cal. ubi Clavius ostendit ex Ephemeridibus Ant. Magini, quòd, si Epactæ fuissent per unum diem promotæ, numerarentur intra minus spatium, quàm 40. annorum post correctionem, plus quàm 50. novilunia Epactarum, quæ uno die præcederent luminarium conjunctionem, & totidem alia, quæ præcederent aliquot horis: igitur Epactæ præsentes etiam post correctionem sæpe congruunt noviluniis cœlestibus, quamvis cautum sit, ut non facilè præcedant, sed potiùs consequantur. Dici potest 3. Lunam dicto modo restitutam esse civiliter & Ecclesiasticè, licèt non semper astronomicè: nam eodem modo dicit Gregorius

gorius, restituendum & restitutum esse ad pristinam sedem, seu diem 21. Martii æquinoctium, etsi astronomicè non semper hanc sedem occupet. Aliqua ex his, aut alia similis explicatio admittenda est, ni velint dicere, Gregorium vel perperam factum approbasse, vel quod probavit non intellexisse, quod utique nemo dixerit; cùm Gregorius solemni suo decreto *Calendarium jam correctum atque absolutum* pronunciet & approbet.

194. Sed quis melius, & majori cum Auctoritate mentem Gregorii interpretabitur, quàm ejusdem successor Clemens VIII. qui in suis litteris Apostolicis, quod Prædecessor ejus providè faciendum susceperat, opportunè ac feliciter confectum pronunciat & confirmat, additque Calendarium *à Gregorio, summa diligentia & sedulitate, adhibitis in hoc opus viris harum rerum peritissimis, esse restitutum, illúdque perfectum, perpetuúmque jure optimo inseriri potuisse.* Tum cætera Calendaria, huic aliqua ratione contraria, aut jam confecta, aut forsan in posterum edenda, perpetuò abrogat, eorúmque usum ubique interdicit. Ut adeò mirum sit, aliquos, qui nihil

nihil novi, quod prævisum non fuerit, afferunt, nec dum acquiescere. Longè aliter sensit Academia Parisiensis Regia, cujus judicium non minùs æquum est, ac limitatum, dum perpensis omnibus hoc Calendario tribuit encomium: *Hujus generis opus tam amplum, tam vastum, quo majus nemo hactenus elaborandum suscepit, satis utique perfectum esset, etsi unum haberet defectum: longè proin perfectius est, cùm judicando secundùm æquitatem defendi possit, quod nec hunc unicum defectum habeat.* Ad annum 1701.



D





